lit ad cutem superflua vt inde per poros corporis expellantur vel saltem ad expulsionem preparentur: nam sicuti docēt peritiores medicorum euacuatio eorum humorum qui ad partes cutis declinant cum sint tenues et egressui parati aptissime exercitio, balneo, et frictione completur: que oīa etsi saluti senū q̄ maxime conducant curandum tamen est vt temperata sint, moderata, et equalia ne innatus eorum calor extinguatur. sic namque equant et temperant senum corpora facilemque efficiunt superfluorum exuberantiā et disponunt corpus nutritioni. colorem viuificant cum nitore et rubedine: eo quod sanguinem propellunt ad extima cum dilatatione et sparsiōe. Inter hec tamen omnia exercitij potissime gerentocomus sit bonus mensor diminuat potius q̄ augeat ne senes ad malum deueniant et vt suorum corporum vires longo spacio perseuerent: laboribus onerosis quos erumnas dicunt non exerceantur. Cum itaque exercitiorum plura sint genera senibus adhibenda pro viribus cuiuscunque et pro opibus ita vt fortiores senū in primis per apprehēsiones et ambulationes exercendos indicunt: non tamen vehementer: nam sicut optimū constructiōe corpus in iuuētute ad vniuersos vehementissimos labores aptū est: ita ad vniuersos moderatos in senectute: vt liceat id Celsi obseruare: Tanque contra morbū sic contra senectutē rō valitudinis hūda exercitatiōibus modicis vtendū. Exercitiorum vero gnā resumptōi senū apta suauia, debilia, et leuia ēe prestat: multifariā tamen variata, quedā enim ex eis corpi vniuersaque debent, que cōmunia dicuntur eo quod vniuersum corpus cernunt: sicuti sunt suspensiones, i. vehitiones seu gestatiōes, quarum cū plura etiā gnā ea leuissima est qua inundationibus et in cunis, stando, iacendo, sedendo, aut naui, vel portu vel fluuio, aut in alto vehuntur, mari, vel lectica, aut scamno Acrior vehiculo, lecticis, aut planstris, fortior adhuc

deambulatio, vehe mētiores ⁊ nō debiles venatio. ludus parue pile que intendantur ⁊ lenianť ꝓut exposcit oportu nitas, quecūq; tñ ex eis eliguntur pro tutela senectutis sint gaudiū ⁊ letitiā afferentia. Si itaq; senibus plurimū defe- ctis deambulatio, venatio, aut pile pue ludus erit diffici- lis aut impossibilis eqtatōe eosdē ꝯmode exerceri ꝑcipiūt est enim exercitiū illud moderatū satis quo coequaťmo- tus totius corpis stomacho ⁊ coxis vt ferť vtilissimū. pre cipueq; eqtatio muli aut mule: nam vterq; sexus viā recte gradiť vt ait Columella. ⁊ terrā cōmode ꝑscindit: lʒ cli- tellis aptior mulus: illa vo agilior. cuius agilitate comite frugalitate aut parsimonia dimissis maiori ex pte eqs gēs sacerdotū negociis curialibus incumbēs mulis rome fre- quentius vtiť. Quod si ea adhuc magis senib⁹ sit diffici- lis aliqua vehitione siue gestatiōe exerceri: imo ⁊ necessi tate vrgente lectica aut sedili siue arcera eosdem portan- dos lente atq; īminute. sic nāq; senior ille Antiochus me- dicus seipm exercebat: qui vt Gaľ. narrat longam abiens viā infirmos visitaturus qñq; portabať sedili: nōnunq; au tem eqtabat. Est aūt arcera plostrū tectū vndiq; ⁊ muni- tum quasi archa quedā magna vestimentis instrata qua nimis egri aut senes portari cubantes solebāt. Si aūt ni- hil hoꝝ fieri poterit nimia senis imbecillitate lectū suspen di ⁊ moueri iubent. Quod si id etiā fieri nō possit vni pe- di lecti funiculū subiicere atq; ita lectum huc atq; illuc ma nu impellere sicuti precipit Celsus. Talem enim reuolu- tionem in cuna aptā ꝓdit Auic. in regimine eoꝝ q imbecil les sunt: sicuti conualescentes ⁊ senes q sedere ⁊ se moue re nequeūt: nam si suauis fuerit somnū allicit. vētositates discutit, obliuioni succurrit. desideria ꝯmouet ⁊ excitat na turā. Sunt nanq; hec ⁊ ꝯsilia a gerentocomis blandimen ta excogitata ita vt etiā suspendanť lectuli snioꝝ quorū

lactatu aut morbos corp extenuarēt aut somnos allicerēt. Si vo nullum horp pmode fieri poterit senes pfricari semel aut bis: ita vt frictio resumptioni apta exercitij gerat vicem: metiēda tñ quantitate et qualitate. que si vices habuerit interpositas mollibus pannis aut manibus senibus plurimū adiumenti dicūt: nā sine oleo facta excalfacit. exsiccatqȝ senes nature humide hyberno tpe et in regione septentrionali vt Albucbasis tradit. discutit enim et liquefacit supfluentes humores, poros aperit. membra solidiora efficit, auxiliaturqȝ ad expulsionem corp que in tercia digestione supersunt. Quia tñ hothor generat cū balneo esse contemperandā. Frictio vo cū oleo facta exoleuit nostris tempibus vsu frequentiore: lȝ defectis senibus aptissima sit si eo tempore quo exercitiū cōuenit fiat. Erit autem id aut mane: nam matutinū exercitiū vel deambulatio corpa tempat atqȝ infundit vt Theodorus priscian[9] ait: capiti multum pdest oculis et oibus sensibus et ventrē facilem efficit. Aut saltem pueniēs exercitij hora erit corpore ente depurato superfluis in interraneis ab intestinis videlicet et vesica expulsis, neqȝ exñte cacochimia in partibus iterraneorū et venarum quam exercitiū per corpus diffundat, cibo preassumpto iam cōcocto in stomacho, iecore et venis: pperante iam alterius cibi tempore assumēdi. quam rem ex signis coctionis in vrina apparentib[9] in substātia et colore dinoscendam docēt. quod si senex defricādus manibus lenib[9] tergatur agiteturqȝ multis et varijs sibiinuicem obuiantib[9] sitibus vt ad oēs musculor ptes pueniat, aut molli mādili pfricet fm vniuersum corp[9] pstari plurimū ferūt; laudarūtqȝ qp supabundāti oleo oliue dulci calido vel in sole vel ad ignem cutis circumfundat vt durities remolliatur et superflua discutiantur reddaturqȝ frictio velocior et mollior atqȝ tensiones exoluātur: sit tñ fri-

ctio illa mollis & suauis qua cutis depsek.i. manibus mollis & tenuis reddatur vt duritiem nõ inducat. vtilissimum enim est vti oleo oliue: nam senibus iuuamentum affert & precipue extenuatis vt tradit Auerrois propter imbecillitatem virtutis attractiue que in mẽbris est: dũmodo eius statio super membra sit quoad fiat alimenti ad membra attractio & nõ vltra: nam longa illius mora super membra plurimum dissoluit & corpus alterat. Mandilia preterea huic frictioni accommodata mollia & lenia parari volunt ne eorum asperitate corpori obuiantia carni nocumẽtum inferant: eosdemq; senes decentiori modo perfricare. Si enim parum durior frictio fuerit laboriosa erit. si võ mollis nil plus operabitur sicuti neque breuis omnino. multa vero euaporat: & omnino vehemens fricatio spissat. lenit. emollit. multa adimit corpus. auget modica: que inchoanda est a summa imprimis incipiens parte ad inferiora declinãdo. deinde ab infimis ad summa. ex latere ad latus & ex transuerso ad transuersum frequentanda vt vndequaq; fiat pororum apertio. Quotiens autem senex pfricandus sit numero finiri et determinari non potest vt Celsus inquit. Id enim ex viribus hominis colligendum est. Etsi senex perinfirmus est: potest satis esse quinquagies. si robustior potest ducenties esse faciendũ. inter vtrũq; deinde prout vires sunt. quo fit vt etiam minus sepe in muliere q̃ in viro: minus sepe in puero vel in sene q̃ in iuuene manus dimouende sunt. Si vero senex tandem per q̃ imbecillis effectus predictis exercitiorum modis nequierit exerceri motibus apprehensionis: id est animalibus magis q̃ predictis exerceri iubent. commode enim exercet clara lectio vt Celsus ait. Cicero quoque auctor est Seniorum corpora exercitationum defatigatione

ingrauescere. animos vo se exercendo leuari. Que aût & quales sint animi exercitatões in sequentibus notum fiet capite. xlij. Sût preterea & alia exercitiorum genera sumpta penes diuersitatê particularum corporis. Cuilibet enim mêbro precipue organico ppriû debet exercitiû: de quib9 habenda est rõ in resumptiua senû. Pectus nãq pulmo. collum. vula. lingua & os voce exerceri petunt: nõnunq magna aliqñ graui. qñq acuta & inter has interdû mixta. nã colori splendorem afferunt hec & pectus perpurgât vt est apud Auicen. Manuû aût & pedû exercitia non sunt res ignote. Dorsum stando exercet. est enim dorsum pars eu corporis q est deuexa deorsum. Uisus obiecta visibilia minus q mediocria intuendo & cû ordine intuendi res luminosas leuiter. Auditus sonos acutos nõnûq vo magnos auscultando. & ita de dentibus & psilibus. Quod si ptingit aliquã istarum partiû imbecillã vitio aliquo affici: vt pedes podagra. manus ciragra. sup quos ex callo nõnunq quedã tubercula innascunt. varicib9 crura. nasus polipo & ita de psilibus. succurrendû est parti maxime laboranti nequaq vexãda. Senex enim cuius regimini in hoc ope innitimur ille est cuius pars corpis viciosa est nulla. Temperatiores itaq senû exercitijs tempatis tã aie quas apprehensiones dicût q etiã corporis & mêbrorum oim reducendos precipiût. Tpati aût exercitij iuuamentû est augmentû prebere in spiritib9. supfluitates mêbrorum nutritiuorum expellere. aut resoluere. substantiãq mêbrorum molliorem efficere. Neq omittant q si cuipiã seni capilli sunt. eos quotidie pectere vtile est. precipue cû is experrectus est mane fm aluum vesicãq prius purgatus. Aristo. eniz ad Alexandrû auctor est frequentatões pectinis super caput vapores auertere visum impediêtes ne eidem obsint: attrahereq vapores ad superiora atq remouere a parte

oculi tradit Auicenna, quare quotidiano vsu atq multo
tiens caput pectere senectuti idoneũ est; nã caliginez ocu
lo[rum] & cerebri detergit; eaq virtutum cognitiua[rum] organa
depurãdo celeritatẽ intelligendi, acumẽq discendi efficit.

¶ De Balneis.

b Alneũ sicuti & exercitiũ in resumptione senectutis
perq utile perhibẽt; nã eo calor innatus nõ minus
q motiõibus viuificat; magisq alijs exercitijs moderato
eius vsu corpus exhumectat. balneo tñ p̃cipue aque dul
cis: quod lauacrũ appellant. Cũ enim balnei nomen di-
ctũ sit a. valaneyom. greco a valo quod est imitto ꝯmun e
sit balneo aereo resolutiuo sudare faciẽti & lauacro exhu
mectatiuo de quo p̃ñs extat sermo. illud proprie in regi-
mine senum laudat quod lauacrũ dicitur; & tale dicũt esse
corpus liquidũ circumferentialiter corpori occurrẽs. q̃d
si aque fuerit dulcis calide liberius senibus concedũt; nã
calida lauatio pueris & senibus cõueniens est; vt ait Cel
sus; nõ tñ ĩmoderata eo q si balneũ feruens fuerit sicuti
balneũ quod caldariũ appellãt. queãdmodũ & oĩo virt[us]
aqua[rum] dulciũ caliditat[is] nimie vires h[abe]t calefaciẽdi; nõ aũt
humectandi; ideoq senectuti non est idoneũ. Si ṽo bal-
nei caliditas sit vt oportz calfacit & humectat cũ equali-
tate senioribus vtilis; nam ea exhumectant; & eo[rum] corpa
quasi renouantur. pori aperiunt. deterguntur sordes con
gregate. repletio minuitur. discutitur ventositas. somnus
prouocatur. lassitudo tollitur. appetitus excitatur. lauda-
tior pro tutela senũ frigide nature & humide hyeme & in
regiõe septentrionali vt est apud Albuchasim. nã flegma
in eis extenuat. eaq augescunt corpora. vrinã mouet. pru
ritum & scabiem delet. reuma & cerebri cattarrum digerit
Q̃d si lauacris oleum adhibitũ sit. calefacere. infundere.
atq ventrem procurare maxime si oleo aqua misceatur

auctor est Theodorus priscianus. Si vero balneum tepidarium fuerit corpus īfrigidat et exhumectat cui peculiare est tueri corpus senile ab hemoroidibus vt inquit Judeus. quinimo adeo excellens est lauacri calidi et humidi cum equalitate virtus in regimine senectutis, quod vt omittā id auidissima hoim cupidine institutuȝ esse calidis corpꝫ et siccis nō mō vtile prodant: verūetiam sitibundos non siti bundos efficere: insitibundos vero sitibundos. operatur eniȝ balneū fere sicuti et vinū. neqꝫ est necessitas lauacri solum ad refrigerandū calidū vel excalfaciendū frigidū: verum etiā ad dissoluendū. sudorem inducendū. exsiccandū. et exhumectandū. ideo ferunt quod balneū et temperata potio iuuāt cām et ꝯrium cause. Horā aūt introitus lauacri solum pro resumenda senectutis dispositione naturali eligendaȝ volūt completa cōcoctione cibi in stomacho et epate. tūc enim cibus iam cōcoquitur in venis et alterius cibi hora instat. Si vero preter intentionem resumendi senectutē etiā ad augendā corpulentiā et pinguedinē vertatur intentio horā introitus lauacri ꝯuenientē illico post saturitatē. nā vt ait Auic. ieiunos et vacuos balneum exsiccat. extenuat. et debilitat. saturos vero īpinguat: ꝓpterea quod humidū ad exteriora corpis trahit. verum tū opillat eo quod sui cā a stomacho et ab epate nutrimentū ad mēbra trahitur nō ꝑcoctū. laudatius est itaqꝫ vt lauacrū ingrediantur in fine digestiōis prime ante aduentū inanitiōis: nā sic ꝓfert pinguedini mediocri augende. senes forti et veloci exercitio ad ingressum balnei coercendos iubent quoad ꝯplete quiescant. cumqꝫ balneantur quietos et tacitos esse precipit Celsus cum dimissione operationū omniū: et alium infundere aquaȝ super eos subsequentibus frictionibus. Multiplicatio aūt numeri vsus lauacri variatur in senectute prima et postrema nam seniores non plurimū defectos necessarium erit ter

Nota de balneis ingrediendis.

aut quater in mēse vno, propter pauca exercitia balneare Senes vͦo primos in longiori spacio. dictum autem est se nioribus nō plurimuʒ defectis: nam imbecilli ⁊ prostrato valde balneū prohibet. propter quod distinguūt seniū in ptes tris: in quaꝝ pͥma senior nō remoueat a domesticis ⁊ ciuilibus officijs; neqꝫ a cōi ꝯuersatione. in secūda vͦo q̄ satis longa est senecta necesse est seni vt dirigat sicuti et puer. in tercia aūt eo ꝙ ipē est ꝯplementū senij cū qs pue nerit sustinere neqt lauacrū die quolibet. In balneo itaqꝫ habenda est viriū ratio. neqꝫ enim ꝯmittēdus est senex vt ꝑ estū aīa deficiat. sed maturius balneandus. auferēdus. curioseqꝫ in vestimētis inuoluēdus vt ait Celsus: vt neqꝫ ad eū frigus aspiret. ⁊ oleo inungendꝰ. ⁊ ꝓprie senex de crepitus nāe sicce in estate. exhūectat eni eo decent ꝑser uatqꝫ ab apostematibus. ⁊ fit eius habitudo viuida: q̄ vt nimiū nō leniat cū sandalis ⁊ aqua rosea aspgi. postea ci bo eundem resumi iubent: vt obseruet qđ dr: Dū balne ati fueritis comedite senes. aut somno eundē reficere: nā dormire post balneū saluti hoīs nedū senioꝝ ꝯducit; adeo ꝙ nihil est (vt aiunt) in ꝯcoquēdo aut dissoluendo qđ cō coqui aut dissolui debet magis prestans somno post bal neū. In cuius vsu meminisse oportꝫ ordinis q̄ viuens vte bat Tilephus grāmaticus. q vt est aqud Gal. sese custo diēs valitudine ꝓsperrima vsus fere centū vixit annis. is enim hieme bis in mense se balneans; quater vͦo estate; ter vͦo in medijs hoꝝ temporibus. quibus diebus non balne abat horam circa terciam inungebatur breui cum frictiōe deinde condro cocto in aqua mel cōmiscens crudum q̄ꝫ optimū vescebatur vt sufficiente ei prima hora. prādebat aūt ⁊ ita septima hora; vel celeriꝰ aliquātulū. holera qdē prius: deiceps vͦo de piscibꝰ vel gallinis gustās. ad vespe rā vͦo solum panem comedebat insundens in vino mixto

Balneo particulari alicui membro appropriato sicuti ne cessitas. cõsuetudo. ꝛ fortitudo virtutis exposcit vtendũ est sicuti lauacro capitis aut pedum. itaqꝫ cerebro vtile la uacrum fit in sene consueto lauari ex aqua virtute ꝛ for ma calida ꝛ sicca ꝓcipue ex decoctõne assarri. cãmomille sticados. lauri. ꝛ foliculoꝝ sene. cerebro enim robur ꝓstãt ꝛ neruis: ĩmo ꝑm oẽm administrationis moduꝫ addere in visum. audituiqꝫ subuenire Mesue auctor est: q̄bus eget morbida senectus. frequens fomentatio pedum senibus pro eoꝝ reparãda memoria ꝛ visu plurimũ deseruit: ido neũ ad id tempus est hora eundi cubitum stomacho ieiu no. ea siquidem cõcitatur somnus. cerebrũ ꝛ sensuũ instru menta subleuãtur. vapores ad superiora ascendẽtes euo cat nisi sit quod prohibeat. Rasiõe quoqꝫ barbe senio sub ueniendũ esse precipue tamẽ eis senibus quoꝝ natura est frigida ꝛ humida hyeme atqꝫ in regionibus septentriona libus auctor est Albuchasis. ꝛ vt de opportunis resum ptioni senũ conducentibus omittatur nihil: obscenaꝝ etiã partiũ cura habenda est vt omni spurcitia amota munde custodiantur: incisionem quoqꝫ vnguiũ precipue digitoꝝ manuũ precipiũt quidam curiosi dierũ obseruatores fieri die iouis: nam ea die si incidanť eaꝝ prohibetur disruptio Cautũ tñ est ne fiat luna existente in geminis. digitoꝝ ṽo pedũ ab vnguibus resagamina amouere prohibent luna existente in piscibus precipue mercurio aut ioui ꝯiuncta.

Radenda barba senibus est.

unguium abscisio

astrologia

De quiete

Senioribus quos virtutis imbecillitate motus tor quet quies suauis plurimũ prodest: quã vt in ambu bitis dictũ est subsequať frictio equalis quãtitate ꝛ quali tate cũ oleo facta: nã eo velocior ꝛ mollior fit frictio ten sioneſqꝫ exoluũtur. eã aũt q̄etem pro senibus laudãt natu re ꝓcipue calide poros hñtibus latos estate vehementer

calida ꝛ in regiõibus calidis que moderata est. pbet nãq iuuamentũ angustie pectoris eorꝫ vt ait Albucbař. qa tñ qes modũ excedẽs flegmatꝫ ẽ effectiua cũ motu ꝯtempeř nõ eni indigẽt senes oĩmoda qete. cuiꝰ cãm dicũt eẽ eo ꝙ eorꝫ frigꝰ calore idiget q motu ꝯpleř. flabellari. n. gliscit se nile calidũ sicuti paucũ exñs vt ꝯforteř ꝛ mãe dñeř. magne aũt flãme nõ egẽt flabrãte sed sibipis sunt sufficiẽtes ad hoc vt saluenř ꝛ mãe dñenř. ꝛ oĩo qetis ꝛ exercitij in regimine resumptiuo rõ hñda est vt neq intermissus exer citatiõis ordo senem affligat: qa nimis ociosa vita senibꝰ vtilis nõ ẽ: ne nimio excci. io celerrĩe senescãt aut egrotẽt.

¶ De esculentis poculentisq in regimine senectutis laudatis in genere. Ca. xvij.

p Ost sermonẽ motus ꝛ qetis seniorib⁹ appropria torꝫ: ad obseruatiões cibi eorundẽ ꝛ potꝰ deuenien dũ ẽ. siqdẽ exercitiũ corpi inanitiõez affert. inanitõi aũt de beř refectio q̃ cibo ꝯpleř. Resoluit aũt exercitiũ senes ap petitũq in eis ꝯcitat. alimenti necessitatẽ prenunciantem Et qm̃ ordinari cibũ ad corpis integritatẽ reparandã do cẽt: veluti augẽdo ea q̃ augeri pñt aut amissum ex dissolu tiõe corpis quoad fieri põt restaurãdo pcipue si alimentũ erit nullo pacto corporis alteratiuũ carensq oĩ qualitate superflua nature dissona sicuti acredine. ponticitate. acui tate. ideo pro resumptione senũ in administratiõe eius nõ nulla obseruare gerentocoĩnũ iubẽt. nã cibũ ꝯ potum di stinctũ nõnullis ꝯditiõibus dotatũ eẽ oportꝫ. ꝙ vꝫ sit lau datioris alimẽti in laudatũ sanguinẽ natus cõuerti. cuius laus pcipua ꝯsistit in eo ꝙ facile ꝯcoctiõi obediat: celeri usq descendat. qꝺ qdẽ sufficienř ꝯpleř viscositate ꝛ crassi tie modũ nõ excedẽtibus. nã sicuti nimia viscositas cibũ p venas capillares ꝛ angustos corpis meatus cohibet ad extrema corpis vehi. ita moderata cibũ disponit vt mem-

bꝛis ꝑfectius inhereat.glutinet̃.tardiusqȝ dissoluat̃. Im-
moderatã q̊ȝ cibi crassitiem pꝛo resumptõne senectutis q̄ȝ
maxime dãnauere. nõ eniȝ põt senile calidũ paucũ existẽs
alimentũ sube crassioꝛis imutare.illaudat̃ tñ eiusdẽ tenui-
tas nimia: euapoꝛat nãqȝ celerius ex membꝛis. mediocre
v̊o alimentũ in mõ sube coꝛpi senili (vt decet) robur p̄stat
nam pꝛoximũ est vt sanguis fiat. eoqȝ tres nutricationis
actus ꝑficiunt̃. adhesio vȝ. vnio. ⁊ assimilatio. nec minus
ad laudatũ alimentũ exigit̃ modica eius sup̄fluitas cõcur
rente familiari ⁊ innata senilis coꝛꝑis virtute illi specie ⁊
numero ꝓpoꝛtionali.cuilibȝ enĩ sp̄ẽi alendoꝝ aĩaliũ deter
minatũ ⁊ ꝓpꝛiũ nõ mõ accõmodat̃ alimentũ nãe tm̃ rõne
sicuti calida ⁊ hũida hũane nãe: frigida ⁊ sicca iumentis.
aut totius sube rõne: quã virtutẽ occultã appellãt. sicuti
bobus oꝛobus. asinis gramẽ. camelis sqnantũ. suibus glã
des. verũetiã ⁊ indiuiduo signato. eoꝝ eniȝ nedũ sanoꝝ in
eo q̃d est abhoꝛrẽ talẽ cibũ aut eundẽ appetere est indiui
duoꝝ eiusdẽ sp̄ẽi varietas nõ parua. verũetiã languentiũ
ita vt q̄ secũdis aliqñ frustra curat⁹ ẽ: ꝯrijs sepe restituat̃
cuius rei euẽtus rõem sumũt ex astrali fatalitate. Dicunt
nanqȝ astrologi ꝙ cum pꝛefuerint planete mali in ascen-
dente natiuitatis alicuius delectabitur dñs natiuitatis in
rebus insipidis ⁊ amari sapoꝛis.ecõtrario v̊o a natiuitate
dispositi erit delectatio in rebus odoꝛis laudati ⁊ ceteris
his similibus: Ea v̊o alimenta que his ꝯditionibus dispo
nuntur in regimine senectutis sunt humida ad aliqualem
caloꝛẽ decliuia: nã celerius ad mẽbꝛa vehunt̃ ⁊ in subam
senioꝝ ꝯuertunt̃ ꝑꝑ senectutis naturã esse siccã ⁊ frigidã.
ex his enĩ resumpti senes diuti⁹ viuũt vt in añ habit. c. xij
determinatũ est. hoꝝ tñ alimentoꝝ in caloꝛe excessuȝ grã-
dem caueris ꝑitioꝛes. Gal. nãqȝ auctoꝛ est ꝙ lõgeua coꝛ
rectio eoꝝ q̄ exsiccata sunt existit ꝑ humidũ; estqȝ minus

fallax; q̄ p frigidū. studuerūtq̄ vt resumēdo℞ senū alimēta saporosissima ⁊ bene olentia sint. sic enim nāe hūane et p̄cipue senio iā affecte sunt gratiora; ⁊ ea p̄sertim que ad aliqualem dulcedinem sunt decliuia: qbus tū neq̄ ieiuno stomacho neq̄ post cibos exhiberi; ꝫ medijs mēsis Theodorus iubet; nā dulcia oīa inflatiōem prestant indigestionesq̄ ꝓcurāt. Nec minus delectat̄ hūana nā reb⁹ bene olentibus: eisdem enim reparatur q̄ maxime. ideo dixere q̄ odor bonus est anime cibus; quia spiritus viuificat vitamq̄ extendit; sicuti in libello de morte Aristotelis narratur cuius vita prolōgata est odore pomi. Refert quoq̄ Cōmentator Alexandrinus mirabile quid de Democrito qui cum decessurus esset vitam hanc deridens: festiuitas quedam celebranda erat solennis in Aldiris ciuitate in qua erat. Aldires autem cum eum rogarent non decedere nē ciuitas in festiuitate epularet̄: rñdit Democritus ad quot vsq̄ dies vultis vt expectem? q dixerūt ad tres vel quattuor vsq̄ q sunt festiuitatis. tūc p̄cepit Democritus vas mellis attici afferri ⁊ ip̄m quattuor odorādo diebus viuens pmansit. Alij vo referūt Democritū p̄cepisse furnū aperiri in quo panes coquerent̄ ⁊ ita ex panis odore permansisse. Plinius quoq̄ auctor est ad extremos fines Indie ab oriente circa fontem gāgis astomo℞ gentē eē sine ore; alitu tm̄ viuentē ⁊ odore quē narib⁹ trahunt. nullū eis cibū. nullūq̄ potū. tm̄ radicū flo℞q̄ varios odores siluestriū malo℞ q̄ secū portāt lōgiore itinere ne desit olfact⁹; grauiore paulo odore haud difficult̄ exaīari. Ex q̄℞ multi laudauerūt ꝑitiores carnem galline ⁊ ꝑdicis. extremitatesq̄ capra℞ iuuenū. hec nāq̄ aptissime stomacho ꝯcoquenti obediūt quia leuia sunt ideo ⁊ in sanguinez in epate ⁊ venis faciliores sunt ꝯuersiōis. assimilatiōisq̄. mēbro℞ sube senis. ⁊ fecem educūt ꝑui fetoris vt Auic. ꝓdit

Odor est ... abs ...

Democritus vixit quousq; voluit.

Abdera patria Democriti.

ꝛ oĩo ea alimenta ſenibus opem ferũt quoꝝ pauca q̃titas plurimũ nutrit: ſicuti panthonomaſiā vitellos ouoꝝ ſorbiliũ. ꝛ teſticulos galloꝝ. ꝛ carnem laudatoꝝ aĩalium preci pue edoꝝ ꝛ vituloꝝ paruoꝝ lactantium. ꝛ carnem agnorum annualiũ. columboꝝ. ꝛ turturũ iuuenum. ꝛ triticũ ab extraneis rebus purgatum inter auctores ꝯuenit ꝛ eſt panis laudati artificij: res quoqꝫ dulcedini attinētes nãe cōuenientis. ꝛ vinũ odoris boni: quoꝝ oĩm in ſequentibus ſermo fiet. Qꝫ ſi ſenior in multos annos iam ꝓceſſerit imbecillior factus eũ liquidioribus cibis ꝯcoctionis celeris reficiendũ iubent ſicuti ſorbitiōibus. iurulentis potōibus. pulloꝝ coctionib⁹. iuſculis. ꝛ hmōi. Qꝫ ſi iteꝝ adhuc magis ſenioris vires erũt defecte alienũ nō eſſe affirmāt vt eius ſint alimenta ſicuti patientiũ ethicā ſenectutē. humectantia vꝫ ſubſtātifice (ſic enim appellāt medici) facilis penetratōis. celeris deſcenſus. qbus nō ieſt viſcoſitas: ſicuti aqua carnis tam ꝑ ꝯſumptionē facta aut ſublimatōeꝫ ſeu expreſſionē carnis aĩalis volatilis aut peditantis ad equalitatem decliuis humane nãe ꝯformioris: oua ſorbilia recentia ꝛ trementia. vinũ q̃ꝫ ſubtile coloris aurei bonũ ferens odorē q̃titatis tñ parue. nam ſenect⁹ minus ceteris etatibus eget cibo: qa eius calor eſt paucus ꝛ ꝑuus. parua re indigens ad hoc vt ipſo viuat ꝛ eo foueaṫ. eius tñ alimentũ ſit forte. i. plurimũ alibile. ſic enim virtus mēbrorum ſenis nō oneraṫ. Sicuti aũt his iādictis alimonijs reficiendos ſenes docuere: ita eꝯrio cautũ eſt ne ſenioꝝ alimentũ ſit delecteron. i. letalis cib⁹ vel potus. neqꝫ deiſperion. i. q̄ facile corrumpaṫ in cibis. neue gñis eoꝝ que nigrā colerā ſeu flegma inducũt: ꝛ oĩno neqꝫ calida acuta exſiccantia via ſaltem nutrimenti. ſicuti ſunt quecunqꝫ aceto ꝛ ſale condita ſunt. ꝛ aromata acuta ꝛ calida vſu imoderato: imo in vſum ſenectutis nō veniant niſi via medicine

al's enim vitam quã gerentocomus extendere studet per arté resumptiuã breuem faceret. Amplius preceptũ est respuendũ esse alimentũ quodlibet putrefactõni attinẽs: etsi sit pax: simili modo quodcũqꝫ pcoctũ infrigidatr vel odore quolibeat modo alteratũ ⁊ oẽ acetosum: nã ex ipso aceto fit seniũ vt inqt Auic. Qđ si vescat senex salita carne aut ferina aut pisces dure carnis esum talẽ melonibꝰ ⁊ cucumeribꝰ corrigi volũt. si vo condita sale ⁊ aceto ex ɔ̃rijs Qđ si gerentocomo constet senem esse cachochimũ. attenuatiuis dũtaxat alimonijs refici quibus purgatis nutriri humectantibus cũ parum attenuantibꝰ. Siqua vo intempantia inde eueniat tutiorem aiũt eam esse in potione q̃ꝫ in esca. qđ si in esca fuerit vt ide nauseauerit stomachꝰ ⁊ ppꝛie ex crassis nutrientibꝰ ab eox esu coerceri. nam fastidiũ tale dolores iũcturax ⁊ renũ. dispniã. podagrã. duriciem lyenis. iocinerisqꝫ. morbos melancolicos ⁊ flegmaticos hereditare facit. Damnauerũt pterea pitiores varietaté ferculox in eadé mensa ⁊ eox pcipue q̃ appetitus sũt incentiua qbus vescunt crebro hi quox gula indomita est atqꝫ vallata. quox vsum diffugiẽs Augustꝰ cesar cenã ternis solũ ferculis. aut cũ abũdantissime senis prebebat vt Suetonius auctor ẽ: ⁊ adhuc magis si fercula fuerint ex virtutibꝰ ɔ̃rijs ɔdita. ĩpediũt. n. virtutẽ stomachi ɔcoquẽtẽ ab amplexu ⁊ retẽtõe cox. quoad ɔplete ɔcoquant: tũ qa occurrẽte illox postremo primũ iam ɔcoq incepit quo fit vt alimẽti ptes in ɔcoquendo nõ assimilent. tum ẽt qa diuersox sapox voluptuosa blãdimẽta titillãte iã gula appetitũ excitãt adeo vt stomachꝰ ad plura sumẽda q̃ꝫ necesit alliciat imo plura q̃ꝫ concoq possint. qđ qdem nõ fieret si paucioribꝰ vteret cibis. deficeret nãqꝫ celerius appetitus. tũ etiã qa alimẽta varia in eo qđ vnũ eox facilis reliquũ vo ɔcoctõis difficilis ɔueniente mẽbꝛox nutritionez

ferculorum varietas plurimas fugienda.

impedit. nam cū vnū prius altero concoquat facta eorum adinuicē mixtione accidet vt cū cibo ꝯcocto ꝑcipitet indigestum vel saltem corrumpatur si in stomacho permāserit quoad fieri deberet coctōis ꝯplemētū. tū etiā q̄a nutrimētoꝝ varietate auferꝰ coctiōis ꝑfectio: nam senex ad potū frequentius inducitꝰ ꝯcoctionē impedientē: sicuti aque bulientis feruor impeditꝰ olle feruescenti crebro aquā infundere vt ait Rainaldus. tū vltimo q̄a longa mora in ferculoꝝ ꝯmanducatōe tp̄s intercipitꝰ. inter primū ⁊ postremū. pp̄ q̄d euenit q̄ inchoata cibi p̄assumpti ꝯcoctione posterius aduenientis cibi cruditate impeditꝰ. Si itaq̄ȝ in oī etate cautū est a crebro vsu varietatis multitudinisq̄ȝ ciboꝝ incarcerāda q̄ȝto magis in senectute. ne dū senectutē ꝓlongare intendāt ante vltimū vsq̄ȝ vite finē nālem deficiant. Q̄d si varietate ciboꝝ vti senes ꝯtingat ordo obseruetꝰ vt humidū ⁊ lubricū sicco ⁊ stiptico an̄ponatꝰ. ⁊ sapor dulcis acetoso. ⁊ frigidū calido. ⁊ ecōuerso. ⁊ crassuȝ subtili vniatur. obseruandū q̄ȝ est vt in vltimis mensis p̄cipue in fine vescantꝰ senes aliq̄ stiptico veluti coriandro zucaro cōdito. piro. cidoneo. ⁊ ꝯsilibus vt eis ꝓhibeatꝰ vapoꝝ ascensus ad cerebrū.

¶ Quotiens senes reficiendi sint in die.

q Uoniā aūt plurima in dando senib⁹ cibo discrimia repiuntꝰ ideo p̄ceptū est reꝝ nālium ⁊ silr nō nālium rōnem nō mō h̄ndam esse in regimine senectutis veꝝ etiā numeri alimonie dande qualitatū ⁊ q̄ȝtitatū ciboꝝ: quoꝝ tū q̄ȝtitatē metiri nō est facile. Auer. nāq̄ȝ auctor est q̄ regimen senū ex p̄te cibi ⁊ exercitīj sicuti ⁊ aliaꝝ reꝝ sex nō nālium latitudinē h̄et ẜm magis ⁊ minus in pluralitate ⁊ diminutiōe annoꝝ. Imprimis itaq̄ȝ id scire oȝ senib⁹ nunq̄ȝ vtilē esse nimiā satietatē. oīs. n. repletio ꝓxima ē effusioni. sepe eisdē inutilē eē nimiā abstinētiā eo q̄ pueri ⁊ senectu

te ꝯfecti minime inediã sustinent. ideoqꝫ gerentocomũ di-
ligentissimũ esse oportere circa esculenta poculẽtaqꝫ senio
ribus adhibẽda: ita vt viuatiores senum tardius. raris. ⁊
multꝭ cibis reficiant̄. pticio enim cibi nõ ꝯuenit nisi senib⁹
⁊ nã imbecillibus. His vͦo q in prima sunt ꝯstituti senectu-
te calidi ⁊ humidi. laudatioris habitudinis: carnosi vz. dẽ
si. ⁊ ꝯpacti. lati pectoris. atqꝫ setosi. iocineris ⁊ vẽtris lau
datoꝝ. sanguine decent̄ repleti. neqꝫ occupationib⁹ extra
neis ꝓpediti hũtibusqꝫ ea q̃ ad vitam sunt necessaria in lo
cis. tꝑibus. ⁊ ꝯstitutionib⁹ temperatis. q̃ꝫtitatem cibi mul-
tam vt sufficientẽ. vt oĩo affatim edant bibãt. rarius tñ eo
ꝙ in eoꝝ vẽtre ⁊ venis sunt hũores crudi supuacui ꝯco-
coctiõe egẽtes. His vͦo oppositi senes cũ amplitudine po
roꝝ. humorũqꝫ tenuitate. ptius ⁊ frequẽtius resumendos
sicuti bis aut ter interdiu. Hoꝝ aũt medios ter biduo resi
cere. in qb⁹ virtute prius ꝯseruata. etas diligẽtissime aiad
uertenda. est enim sublimior intentionũ ea q̃ a virtute su-
mit̄ vt ait Gal. in significatõe aũt virtutis nccia est cogni-
tio etatis. ꝓpterea cũ seniores in annos multũ ꝓcesserint
imbecilliores iam facti citius. spissis. ⁊ breuib⁹ cibis nutri
ant̄ vt celerius ꝯcoquant̄. neue eoꝝ paucus calor multo
cibo confundat̄. ⁊ oĩo ꝯm concoctiõis fortitudinẽ atqꝫ im
becillitatem alimentũ eis parciendũ paulatim vt bina aut
trina refectõe: imo ⁊ ãpliori numero ĩ die nãli ꝯm exigẽtiã
resumant̄. nam eoꝝ natura (vt tradit Gal.) est sicuti lucer
na parata extinctioni q̃ cum fere extinguitur paꝝ oleo re-
paranda est. qm̃ nimio celerrime extingueret̄. ideo senect⁹
vltima plurimũ defecta paꝝ ⁊ tãtillũ cibi expostulat. neqꝫ
ad cibum assumendum inducit. cibus itaque non mul-
tus quidem sed sepe tamen. nocte. ac die dandus vt nutri
at neqꝫ oneret ex infimissima materia stomacho aptum.
nam imbecillis hominibus rebus infimissimis opus est.

si enim breue quid debito transgrediant senes in quātita-
te & qualitate alimonie ledunt nō par. quā rē recte obser
uauit Antiochus medicus q senior iā factus ibecillior ter
in die reficiebat: sicq; tranquillissime senuit. His vō obser
uat9 ꝯsuetudo nequaq; est post hūda: nā si hō in aliis eta-
tibus eā obseruat: quāto magis in senectute: in qua etate
nequaq; senes a consuetudine sunt retrahendi. de cuius
cā suo visuz est loco. c. xiij. Tantā. n. vim h3 qd ꝯsuetū est
in regēdis corpib9 hūanis vt abusus corꝫ qbus vescimur
epotamusue currens tñ cursu ꝯsuetudinis mag9 sit eligē-
dus veluti incolumior oī tpe tueri salutem vsu meliori: si
in ipm pcipue fiat subita mutatio. Pluries q3 reficiēdos
seniores iussere in tenui caelo q3 in denso: pluries estate
q3 hyeme: pluries exercitatos q3 iexercitatos: pluries tenu
ibus refectos cibis q3 crassiorib9: Sepe quoq; in eis seni-
bus magis necessariā esse cibi festinatiōe3 q minus inediā
tolerāt. hi vō sunt ad quoꝫ stomachos sensibiliores de-
clinat colera ex consuetudine etsi modico & crassiori cibo
eos refici laudatū sit. Amplius & his senibus q victū ma
nibus queritāt nutrimentū addendū eē est res nō ignota:
ad quos tñ pñs nostra nō se extendit gerentocomia: nam
Hi malunt tenui contenti viuere cultu.

¶De hora resumendi senes
per esculenta poculentaq;

s Icuti longiorem inediā nullo mō senioribus indi-
cendā esse inter oēs auctores cōuenit. ita & oppor-
tuniorem horaꝫ educandi senes eligendā esse pceptū est
eā que est post completā concoctiōem prius assumpti ali-
menti que cognosci potest in senibus quibus viget nālis
cibi cupiditas quando indigent: eo q tunc etiā appetunt
& simul stomachus sentit venas sugere. Sugunt vō vene
qñ ab eisde3 membra inanita ad se attrahūt nutrimentum

qua euacuant. Euenit aũt id quando innatus mebrorum calor subam cox resuoluens restaurationis indigentiã fa-scit, id vo omne fit vt nutrimento τ calore pdurent in esse nam tunc aucta restaurationis necessitate virtutes mem-brox nãles nutritioni inseruientes ad opus fortiores siũt sicuti etiã euenit in aliis nãlibus virtutibus que necessita tem aliquã assumentes operant vehementius. Propter qd in resumptiuo regimine magis q̃ȝ in conseruatiuo pre-ceptũ est vt senex cuius appetitus oĩno nõ est ablatus nõ edat nisi post desideriũ: neqȝ in hoc tardandũ cum feruue rit desideriũ nõ mendo um. sunt enim vt dicebat senes τ infantes τ oĩo imbecilles de gñe illox q inediã nõ sustinẽt in diei itaqȝ initio sicuti hora diei. ij. vt Auic. visum est: aut hora tercia vel qd longius est quarta vt Gal. pdit exerci tio τ frictione ꝯuenientibus supfluitatũqȝ cõium expulsio ne premissis senex reficiendus est. Horã vo diei. vij. prece dente etiã aut frictõe in balneo vel q̃libeat alio exercitio il li etati cõgruo ad insumendũ prandiũ moderatũ eligendã volũt. extra enim nõ prandentiũ celerius senescunt vt Pli ni⁹ affirmat aucte Hypocrat. sintqȝ ea hora in vsu aliqua ex his que ventrẽ subducũt, de qbus in sequentib⁹ fiet ser mo cap. xl. In cena aũt q̃ interdũ exigua pdesse cõsueuit precipue oculo τ cerebro egrotatiuis exñtib⁹ sit senis ali mentũ laudatũ vȝ euchimissimũ non facile intus vitiabile seu putrescibile: sicuti est caro gallinax cũ eius decoctõne simplici. semperqȝ vtile est senem post cibũ ꝯquiescer. neqȝ animũ circa aliquid plurimũ intendere, neqȝ deambulatio ne q̃uis leui dimoueri sed leni confabulatione demulceri Euenit tñ multifariã refici senes fm tpm anni varietatem necnon dispositiones ꝯtinentis nos aeris. nã estate loca vmbrax opacitate siue quo libeat alio modo tepidiora τ diei hora min⁹ calida idonea sunt. calor. n. extrinsecus in-

natū calorē senū imbecillem facit sicuti Auer. tradit. quē-
admodū ꝛ sol ignē cū sibi apponit qui tñ accendit ꝛ vigo
rat cū in vmbra reponit. quo tpe occasione eadē precipi-
unt alimēta senectutis subtrahi cū declinatione coꝝ ad te
nuitatē. ideo cautū est in tpibus anni calidioribus ne sit in
vsu caro aialium crasse sube. suntqꝫ ꝯcessa olera ꝛ gña la-
ctis eduliaqꝫ aceto coriandro atqꝫ vua acerba ꝯdita. Se-
nioꝝ vō qbus appetitus oio ablatus est sicuti plurimi coꝝ
reperiunt q gustare pñt nihil. quoad fieri pōt excitāda est
coꝝ sopita siue ablata appetētia; q̄ sicuti ꝛ alimēti delecta
tio in regimine senectutis nequaqꝫ est negligenda. nā eo
alimentū est laudatius quo sapidius. qa stomachus ꝛ vir
tus nutritiua vehement illi initunt. ꝛ magis etiā si lauda-
tioris fuerit sube. delectatio nāqꝫ cibi tāti vigoris est in nu
tritiua senioꝝ qꝺ oblatis stomacho alimētis duobꝰ qꝺ eo
rū minoris erit iuuamēti sapidius tñ eligendū magꝭ ferūt
minus sapido. etsi sit maioris iuuamēti. int plura tñ eustbo
macha tū simplicia tū etiā ꝯposita appetitū ꝑcipue a cā fri
gida excitātia. de qbus suo dicet loco. c. xxxvi. In vsu se-
nioꝝ quoꝝ appetitus fere est ablatus ꝯfectionē hanc con
coctōis vim reparantē salutarē scribūt. q̄ recipit cinamomi
electi dragmas. iij. galange semuntiaꝫ. aque rosacee odo-
ratissime vnciā vnā. zucari tercie decoctiōis q̄ꝫtum expe-
dit fiat ꝯfectio q̄ ꝓculdubio in excitando appetitū preci-
pue vtilitatis est si ex ea insumant senes. Horā itaqꝫ defe-
ctoꝝ senū sic indispositoꝝ iuxta coꝝ ꝯsuetudinem statuen
dam iubēt. eosqꝫ reficer priusqꝫ manifeste inaniant. coꝝqꝫ
refectionis multiplicationem metiri ſm virtutis indigen-
tiā. eis tñ alimentū ita moderate exhibere vt stomachus
tensionē nō grauet. imbecilli q̄ꝫ coꝝ stomacho obseruatio
magna nccia est. vt qꝺ etas detrahit cura gerentocomi re
stituat. est quippe senioꝝ vis digestiua sicuti ꝛ appetitiua

imbecillis adiutorio egens.pepticoꝝ vsu.i.q̄ digestionem
faciũt precipue cũ eius corruptio mr̄ sit egritudinũ ⁊ ori-
go cronicaꝝ infirmitatũ vt ex Auic. in añbabitis.c.iiij.de
terminatũ est.Seniori itaqꝫ q paꝝ cōcoxit quietē indicũt.
q v̄o nō ꝯcoxit ex toto quiescē.neqꝫ labori se.neqꝫ exerci-
tatōi.neqꝫ negocio credere.At p̄ter hec ad reparationem il
lius antidotũ in p̄cipuis medicaminibꝰ hētur ꝙ a peritiori-
bus excogitatũ est.si enim fama nō oīo ꝑditur quā popu-
li multi famāt vt ait Aristꝫ . q̄to magis ea quā sapientes
plurimi.⁊ ne auctem huic remedio vilitas adimat Galie-
ni in libro.v.de simplici medicina verba sunt hec:Ego q-
dem nō scio rem magis vltimā in adiuuando stomachum
sup digestionem cibi q̄ꝫ corpus hoīs qd occurrit ei ⁊ tan-
git ipm de foris.Quidā ergo hoīes applicāt se ad pueros
in nocte amplexantes eos inueniũtqꝫ ꝑ id iuuamentũ ma-
gnũ valde.qm̄ caliditas illa q̄ stomacho occurrit ex corpi
bus illoꝝ pueroꝝ ꝓpria est caliditati nāli ⁊ plus ꝯueniēs
ei.sit tñ puer ꝓpinquus ad hoc vt polluat vt Auic.ꝓdit.
q in eadē sn̄ia est cũ Gal. neqꝫ sit puer is cui adueniat su-
dor neue sit cũ eo de anhelitu extuatio:⁊ sunt quidā hoīm
q amplexant catulũ canis aut cattũ masculũ nigrũ. q̄ qdē
res stomacho admodũ ꝓdest.Seniorib' p̄terea quoꝝ den
tes ad cibũ ꝯmāducandũ atqꝫ ꝯterendũ sunt potētes p̄ce
pert alimēti ꝯpletā fieri masticatōem.ea nanqꝫ cibo acqrit
aliq̄ digestio.soluit aluus:sicuti ex cibo iminuto astringit.
ꝑꝑ qd in simplicibꝰ euenit ꝙ oē fere alimentũ qd dentibꝰ
fractiōis est difficilis digestionis etiā est tardioris.Si v̄o
senior dētibus careat ne frangēdus misero gingiua sit pa-
nis iermi alimētis liqdis reficiat vel saltē ꝯminuant artifi
cio aliq̄:neqꝫ igluuiose deuorēt. nā cibũ voracit deglutitũ
ipfecte senioꝝ stōacbꝰ ꝯcoqt.celeriusqꝫ senescũt.cuiꝰ signũ
ē qa raro ē vidē hoīes voraces ad nālē senectutē ꝑuenire

Raros dentes habentes breviores sunt vite.

⁊ hanc vnā causa⁊ assignāt pp quā habentes raros dentes breuioris sūt vite vt frequenter. qm̄ aūt oīa regimini resumptiuo via alimonie ⁊ via medicine accōmodata proprias facultates habent sepeqȝ simplicia opitulanť sepe mixta nō alienū videť noīa ⁊ vires ⁊ mixturas eorum in sequentib⁹ adducere.

De cōmoditatibus vini in resumptione senectutis. Ca.xviij.

d Esiderat q̄ȝmaxime resumptiuū regimen singularez vini exhibitōem. nam vt decēs fiat alimonie in ventre ꝯmixtio: eiusdēqȝ per mēbra delatio senectuti subueniendū esse voluere liquore aliquo sine masticatōe deglutibili. magisqȝ illi q̄ȝ alteri etati. nam pp meatus nutrimenti in senioribus a frigiditate ⁊ siccitate eē ꝯtractos non sunt senibus sicca vnibilia nisi hūectenť actu vt penetrabiliora reddāť. qđ si talis liquor cū his etiā erit vires hn̄s resumptiuas eo accōmodatior quo in regimine senū vtendū precipiunt. cedat aūt hoc in loco cibariaticon oīs siue potus q̄libet qui loco vini sumiť ceruisia sit siue q̄cunqȝ alter. nā nullus est liquor aut succus tantū roboris nobis efficiens magisqȝ hūane nāe accōmodatus ad id operandū q̄ȝ vinū Duos ꝓdūt pitiores liq̄res corpib⁹ hūanis gratissimos foris olei. int⁹ vini: ⁊ eius potissime qđ ex succo vua⁊ matura⁊ expressum est: eo ꝙ esculētis est bonus penetrator delatorqȝ in omne corpus quo gaudet nā humana q̄ȝmaxime precipue senio ꝯfecta cui perq̄ȝutile est vsu moderato. nam sicuti pueris vinū pniciosissimū iudicať: ita senib⁹ amicissimū vt Gal. tradit. sanguis enim. caro. atqȝ inatus calor vino augescunt. iuuaturqȝ natura in suis opatōibus eoqȝ virtus ꝯcoquens fit fortior ⁊ facilis supuacuo⁊ expulsio ⁊ egressio. vrine ⁊ sudoris excitatio. somnus inducit. q̄bus oīb⁹ reficiť virtus. bona valitudo. ⁊ crassities se

oleum et vinum vite humane comodissima.

nectusq tardat. q si vinū iuuenibus quorū calor est fortis non concedat nisi paruo vsu: alimonie dūtaxat cā. seniori bus tñ tantū vini ad bibeat quo reficiantur vires nō opprimantur. nam vini calor seniorū calorem imbecillem reparat: eo augescunt calor. et vires calor toti corpi venisq vis redditur sanguis et color. Ideoq et vinū sic dici ferūt quia potatū venas sanguine cito repleat. frigiditati senectutis contra operat victoria resumptiua. operatq in eisdem sicuti et medicina: nā vinū calore suo nō mō senectutis imbecillitati aduersatur imo et eius hūiditate: eo q ipsum calidū et humidū graduāt sorbitiōibusq humectantibus cōnumerent. exsiccatā atq arefactā membrorū senis subam cuiuscūq nāe extiterit pp etatē exhūectat et celerius reparat: imo et optimū adiutoriū perbibet senibus calidis et siccis: nā colerā in eis ad vias vrine ducit vt facilius per vesicā expellat. Frigidis qz et humidis: nā viscositati flegmatis aduersat spm scindendo et maturādo: suoq calore resoluendo. Frigidis similit et siccis: eo q humorē melancolicū vt celerius faciliusq labat disponit. eius caliginē siue turbulentiā remouet. calidis vo et hūidis sanguinē splēdidiorē efficiēdo et depurādo. Plurie asit cū sint alimētorū spēs in resumēdis corpibus defectis vices vini supplētes vino tñ imbecillius et tardius efficiūt. oīm enim velociter et subito nutrientiū est vinū (vt aiūt) adeo q nō est adhuc compertuz quod vicem vini gerat in letificando aīam vt Auic. auctor est. si enim vinū laudatū fuerit vires corporeas senectutis nō mō corroborat: verūetiā et aīe: nam letari et gaudere facit: adeo q putātur ridere sine causa cū tñ ita non sit: quia non est impressio (vt ait) sine impressore. efficit autem id spiritum copiosum nature et substantie equalis generādo vehemētis luminis et splendoris: quo fit vt aīam cuius ipse spiritus est instrumentū ad hilarita-

tem ⁊ leticiam disponat q̃maxime. ⁊ oĩno vinũ modicum auxiliatur: copiosius v̈o nocet neruis sicuti ⁊ oculis. stomacho est salutare. ciboꝝ appetentiã excitans. tristiciã auferens. vrinam ⁊ algorem propulsans. somnũ concilians. vomitiones sistens. vitia exterminans. animã ad virtutes alliciens. vertit enim eam sicuti Ysaac israhelita tradit ab impietate. auaricia. sup̱bia. pigritia. timore. desidia. taciturnitate. ⁊ ignauia. ad pietatẽ. liberalitatẽ. humilitatẽ. solicitudinez. audaciã. astutiã. facundiã ⁊ ingenium. Ruffus q̃z auctor est persas disputare aut cãs rei scibilis p̱ collatõez rõnis venari siue ꝓcessu consiliatiuo rẽ publicã ordinare volentes, vino semper vti solitos pcipiebantq̃ꝫ id esse aĩe ad ea p̱agenda salutare remediũ; tũ eius vires reparãdo: tũ etiã rectitudinẽ ⁊ veritatẽ ostendẽdo. Helenos quoq̃ꝫ versus ꝯposituros ac musicis armonijs lusuros vino vsos esse. comperientesq̃ꝫ experimento ⁊ rõne coꝝ mentes celeritate intelligendi ⁊ acumine discendi habiliores ⁊ solertiores fieri. vimq̃ꝫ rõnalez augeri. faciliusq̃ꝫ de potentia in actũ prouehi. Sicut aũt vino moderato vsu epoto corporis ⁊ anime vires augescunt adeo q̃ꝫ ascblipiades vtilitatem vini equari vix deoꝝ potentia posse pronunciauerit. ita excedens modũ sup̱flue insumptũ virtutũ oĩm ⁊ aĩe ⁊ corporis inconfessa dãnatiõe est. hinc cerebri epatisq̃ꝫ vicia vt egritudines etiã adducat que sunt in vltimo frigiditatis vt ait Gal'. apopleses. paralyses. subeth. lytargiã. epilẽsiã. spasmũ. tetanũ. hinc neruoꝝ defectus. implet enim vinum neruos eo q̃ꝫ calidũ est: magisq̃ꝫ calefacit quo merati⁹ est citoq̃ꝫ perforat corpus maxime si tenue fuerit. hinc pallor ⁊ gene pendule. oculoꝝ vlcera. tremule manus effundentes (vt aiunt) plena vasa. furiales somni. inquies nocturna. ex ore halitus fetidus. hic senioribus rigor plurimus:

quia eorum calor naturalis congelatur et extinguitur vt multo vino superatus; sicuti et flamma ignis multis lignis solet extingui; et lucerna multo sibi apposito oleo. tum etiam quia seniorum corpora et cerebrum sunt defecta cum neruorum malicia quo fit vt eorum natura imbecilli nocumentis vini resistere non valente longe minus senium vini quantitatem tolleret quam iuuentus. magis etiam leduntur seniores ieiuni ex multo vino; nam sicuti Plinius tradit; vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. cum tamen Tiberio Claudio principe ante hos. xl. annos institutum fuerit vt ieiuni biberent: potusque vini antecederent cibos externis quibusdam artibus atque medicorum placitis nouitate aliqua sese commendantium gloriam hac virtute parti querunt. quam rem damnauit et Celsus dum ait: Extenuat corpus vini non perfrigidi ieiuno potio in consuetudine adducta. celerius enim spasmum et mentis desipientiam adducit; sicuti docet Galienus. Quantum vero ad ea que sunt anime non est ignotum superuacuum vini potum hominem interdum ad mentis peruersionem lumen rationis extinguentem vim irrationalem anime augentem deduci; quam ebrietatem dicunt. ascendens enim fumus crassus crudus a vino eleuatus ad cerebrum defertur quo meatus eius opplentur. et ex consequenti fit nonnunquam eius partis anime qua sapit et intelligit obumbratio atque operationum animalium perturbatio; quo fit (vt aiunt) quod corpus permanet veluti nauis sine nauta: et militia sine ductore. Id vero omne aptissime fit in homine cerebri imbecillis: nam signum fortitudinis cerebri est non ledi a vaporibus vini vt est apud Auicennam. Euenit autem effectus vini epoti multifariam fieri secundum multitudinem aut paucitatem vsus eius eiusdem et bibentis aliam et aliam naturam. propter quod ferunt

Vinum ieiunis non est bibendum

vinũ infrigidatos occupans taciturnos et sobrios primo efficere:paulo plus epotũ loquatiores.plus autez adhuc sumptũ rethoricos ⁊ audaces. adhuc magis iniuriosos. Amplius maniacbos. multũ vo amplius stupidos ⁊ epilenticos:ita vt anginã vinariã ppatiant.i. vino suffocent vinũ tiriace magne assilauẽ eo q ipz ꝯria ẽ nã algẽtes calefacit.calfactos refrigerat.siccatos infundit. humectatos siccat: vt liceat fateri Plinianũ illud: Neq viribus corporis vtilius aliud q̃ vinum:neq aliud voluptatibus perniciosius si modus absit.

¶De vino eligendo in resumptione senectutis.

In magnis laudibus pro resumenda senectute id vinũ est qd ex signis equalitatis in eo apparentibus natura temperamento accedit. Qd dinoscendũ primo ex pte coloris docuere.si heluolũ.i.medij coloris int ruffum ⁊ albũ fuerit seu citrinũ.aut rubeũ.odoratissimũ.clarũ:qd appellant subtilis substantie.calefacit enim membra senis ⁊ vrinã mouet serum sanguinis perpurgando.qd quanto calidius ⁊ magis diureticũ tanto laudatius iuuãtiusq in resumendo senes.tale vo inueniat gerentocomus vt mediũ inter nouũ sit ⁊ antiquũ: eo q vinũ nouũ senibus inutile perhibet. nam ⁊ si calidũ sit in gradu primo quia tñ feculentum.vaporosum.atq ventosum est inflat sicuti et mustum ⁊ id vinũ cui nihil etatis accessit: vt Celsus ait: ⁊ oĩno tortiuũ vinũ.i.nouissime expressum ⁊ mustũ omne stomacho inutile:licz venis iocundũ sit:celeriusq inebriat propterea q eius pars aquea magis est penetrans: imo ⁊ ad eam passionem perducit quã dasinteriã epaticam dicunt.vinũ vo vetus caliditatẽ ⁊ siccitatem hz ad graduz vsq terciũ:q etsi eo minio fiat inflatio attñ est senio q̃ maxime noxiũ.sensus enim excitat: quod senibus vehement

obest narrat Gal'.cuiusdā notarij seruū fuisse qui domino quotidie cum alio seruo ad balneū eunte ad domus custodiam remanens aliquando sitibundus neqꝫ aquā ad sitim eius sedandam inueniens vinū vetustissimū plurime quātitatis bibens iuigil penitus fact⁹ ⁊ exinde febriens mentis alienatiōem incurrens mortuus est: vinū aūt quo antiquius eo magis damnatius, etates tū eius in climatibus diuersis multifariā variari euenit: hispani nanqꝫ vetus vinū non dicunt nisi quod anni vnius aut medij saltē fuerit ꝯsecutū sicuti Cordubensis Auerrois prodit. alij vō duorū ⁊ amplius. qꝫ si cum his oībus formā purā ⁊ lucidā habuerit eius a fecibus perpurgationem ostendens coloris albi aut rubei vel subrubei clari seu citrini senectuti perqꝫ vtile affirmāt: nam colores hi equalitatis nature vini notiones sunt: ⁊ magis si odoratissimū fuerit aromaticitati attinens, cuius verbi notio suo dicetur loco. ca. xlij. Tali itaqꝫ vino vt optimo stomachus perpurgat abstergiturqꝫ virtus eius cōcoquens reparat, cordi audacia prestatur. calor naturalis viuificatur. virtusqꝫ corroborat. Acuti ēt odoris existens vinū senibus non prohibuerūt etsi vinosum siue meratius sit presertim si citrinū fuerit lucidū atqꝫ anni vnius: senioribus precipue quoꝝ frigida est natura verno tempore in regionibus septētrionalibus limphatuꝫ tamen. Amplius etsi vinū dilutius pueris conueniat: senibus tamen meratius aptū est. dilutū enim vinū est aquosum oīo siue natura tale siue cōmixtione plurime aque. et oīo vinū insuaue quod Lucilius crutium appellat senibus est inutile quoniam frigidum est atqꝫ inflans stomacho noxium. laudatius tamen vinum esse confiteor cuius natura ad equalitateꝫ declinat: ita vt neqꝫ nullaꝝ viriū sit neqꝫ ingentium etiaꝫ meratio eligibilius in senectute: siue natura tale sit seu aque cōmixtione. Sit postremo vinum

non ostendens in se aliquem excellentem colorē quo ceu signo in calore aut frigore humiditatis aut siccitatis eius significet discrasia. Ex his tamen vini conditionibus nulla est qua magis dinoscantur differentie eorum proprie quibus iuuamentum nocumentū ue in senibus percipiatur q̄ȝ ex saporis genere substantie virtutisq̄ȝ eorum. vinum enim sui colore in sene operatur nihil; quinīmo coloris vini notio longe imbecillior est ea que saporis et odoris: quia colores non sunt nisi in superficie colorati. ex odore consimiliter: et si non nihil: paruȝ tamen imprimit vinū in senibus vi alimonie. neq̄ȝ ex tempore licȝ eo iudicari possit super proprijs vinorum differentijs vt super substantia et virtute. sed ex sapore plurimū: nam ex stiptico ostenditur siccitas ex amaro caliditas. ex dulci autem licȝ non ostendatur intemperies caloris aut frigoris: tamen dulcedine vini crassities ostenditur: a cuius vsu nisi mouende alui causa senes quoad fieri potest cohibendos iubent et presertim si nigrum fuerit ante cibum non modo imo neq̄ȝ multo magis tempore alio: quia nullū pāchimeron. i. substātie crasse vtile est senibus vt Galienus tradit: nature ponitur calide in secundo: sicce vero in primo. iecur. lyenē. et renes opplet: licȝ pectus et pulmonem depleat humoris est heterogenei celerius alijs permixti putrescibilis ad naturam colere conuersiui: imo eodem aliqui hidropici fiūt: alij vero lytiasim incidunt (si magis modo sit in vsu) nisi seniores fuerint nature frigide. hyeme. et in regione frigida. quibus aliquando vina nigra et rubea panchichina splendida tamen. i. perpurgata nō negarunt. Estate autem senibus cōcessere potionē q̄ȝ dilutissimā vt et sitim tollat nec corpus incēdat vtile est itaq̄ȝ eo tempore vinū album et aquosum aliquantisper. est enim tenuitati et simplicitati. i. equalitati caloris propinquius: quod si per tenuem fistulam epotet

prodest ad sitim extinguendam. Et iam laudarunt id vi-
nũ quod ad terciam eius partem aqua rosacea fuerit cõ-
mixtum, anime hilaritatem ⁊ spirituũ dilatationem presta
re produnt, viribusq; stomachi auxiliari. neq; ebrietatem
inducere, neue cerebrum percutere. laudatissimamq; tra-
didere seni defecto mixtionem hanc que recipit vini oriẽ
talis aurei vnciam vnam aque rosacee ⁊ buglosse vniuſ-
cuiusq; earum semunciam ex quibus fiat mixtio vsui reser
uata horarum decem spacio vel quasi postea eam epota-
re imbecillum senem iubent. Generosa vina in regimine
senum Galienus scribit ex italicis imprimis phalerna salu
bria corpori nec in nouitate nec in nimia vetustate, tibur-
tina, signina; que aluo cite maxime conducere indubitatũ
est. ⁊ adhuc magis nobilitauit surrentina in vineis tantũ
nascentia. neq; enim stomachum implent, neq; caput ten
tant, stomachi ⁊ intestinorum rheumatismos cohibent, in
ueterata tamen: id est nouitati non accedentia: nam noua
existentia neq; in reditionem incedunt neq; vrinam mo-
uent; imo longo tempore in ventre morantia tormina ef-
ficiunt. His omnibus Adriana, Sabina, Albana, neruis
vtiliora. Gabiana, ⁊ Trisilina, ⁊ quecũq; circa Neapolim
⁊ Tussiã fiũt; p̃cipue que Trebiliana dicunt̃ nequaq̃ bibi
iubet. Hoꝝ itaq; vinoꝝ nouitati nõ multum accedentium
moderatum vsum senibus quoꝝ cerebrũ imbecille est con
cedũt. habentibus vero cerebrũ forte phalerna: nam ad vi-
ctum optimũ fert vinũ phalernus vt ait. M. Varro. reti-
cis q̃z vinis in agro Veronensi sit aliqs honos; quibus
maxĩe delectari solitũ Augustũ cesarẽ Suetonius auctor
est, phalernis tñ nõ a Virgi. postbabit ⁊ surrentinis que
q̃a ꝯualescentibus maxĩe p̃bate sunt pp tenuitatẽ salubri-
tatẽq; Tiberi⁹ cesar dicebat ꝯsensisse medicos vt nobili-
tatẽ Surrentino darẽt ideo ⁊ senibus concessere cũ eoꝝ

& conualescentū idem sit regimen resumptiuū. eligendū tm̄ est ex eo minus asperū: nā id aluū astringit. Ex grecis v̄o lesina ꝯmendauit: quorū oīum virtus eo firmior erit (vt Celsus ait) quo ex bono solo magis q̄ȝ tenui. & ex temperato celo magis q̄ȝ ex nimis humido aut nimis sicco nimiūq̄ȝ aut frigido aut calido nata fuerint: quos int̄ cibos bibere p̄stat tam in resumptiōe q̄ȝ ꝯseruatione. sic enim magis ꝯducit volentibus corp⁹ augere. aut aluū mollire vt Plinius tradit. Vippā q̄ est panis vino infusus senectuti resumende nō ꝓhibent. Gal'. nanq̄ȝ Tilephi grāmatici regimen ꝯmendat in. v. libro sanitatiue Methodi: q̄ ad vesperā solū pane vescebat̄ cum vino mixto infundēs: q̄ fere centū annis vixit. Est nāq̄ȝ senectuti apta nam caliditate & humiditate sua frigiditati & siccitati senectutis aduersa tur etsi stomachū refrigerare magis q̄ȝ vinū videat̄. Accidit enim id eo q̄ vini humidū pani imbibitū in vippa plu rib⁹ stomachi ꝑtib⁹ adheret. quo fit vt magis saluet̄ actua lis frigiditas ꝑꝑ quam videt̄ refrigerare & humectare magis. vinū v̄o per se absq̄ȝ infusione eius in pane nō sic pari etibus stomachi inherēs celerius transit excalfacitq̄ȝ. Q̄d etsi vippa eo mō laudata sit: vappā tm̄ illaudarūt q̄ est vinum vile q̄d vigorem amisit vi eius euaporata. Senes na tura seu quauis alia causa vinū nauseantes idromel vice vini epotare iusserūt. est enim potus stomacho vtilis. cibi appetentiā efficit. sitim sedat. egritudinibus frigidis & proprie cerebri neruorūq̄ȝ quibus plurimū crutiatur senectus auxiliū prestat. purgatq̄ȝ senioꝝ pectus a flegmate crasso. renibus vtilis. calculū ꝓhibens in eis fieri. neq̄ȝ aqua mul sa hoc in loco silentio iuoluat̄: nā ad vitā extendendā auxiliari plurimū tradūt. Plinius. n. auctor est multos senectā longā mulsi tm̄ vsu tolerasse neq̄ȝ alio vllo cibo. celebri pollionis Romuli exemplo quē centesimū annū exce-

dentem cū diuus Augustus hospes interrogaret: qua nā rōne maxime vigorem illum animi corporisq́ꝫ custodisset: ille respondit: intus mulso, foris oleo. Conficit aūt mulsa ex vino ⁊ melle: seu vt alij ex aceto.

¶De aqua eligenda in regimine resumptiuo. Ca. xix.

a Quam in senectutis sicuti ⁊ aliaꝝ etatum regimine ingressum habere Gal. tradit: quod tamen nō contingit de vino, cibo, gymnasijs, vigilijs, somnis, ⁊ venereis que non oībus sed alijs ⁊ alijs apta sunt etatibus, ideoqꝫ dicta est aqua quasi qua viuamus quam via potus solaꝫ in regimine resumptiuo damnauere sicuti omnino in regimine quorumcūqꝫ natura frigidorum: mixtam tamen vino, zucaro, aut melle viaqꝫ cibi senectuti conducere affirmant: q̄ si leuissima sit ⁊ clarissima neqꝫ in gustu neue odoratu vllam penitus apparentem qualitatē impresserit epotanti delectabilis celerius dum epotatur infima petēs ab hypocūdrijs discedens grauitatem frigiditatēqꝫ de quibus sit curandum nō adducens hanc talem laudatissimā predicant regiminiqꝫ senectutis plurimū conducentē: nam alimentū senioꝝ liquefacit, attenuat, rectificat, penetratōem facileꝫ sui humiditate eidē prebet, eius frigiditate caloris nālis aut accidētalis acumen siq̄d in senibus sit compescit sitim ⁊ cordis incendiū extinguit: quibus oībus confessūꝫ est eam nāe in actōibus eius esse adiutricem. Erit aūt talis aqua imprimis nō quidem stagnās, nam eam pestilentem dicunt q̄ in palude semper cōsistit: lꝫ hyberno tpe edomita hymbribus mitescat quo effectu dinosci potest aquā celestem maxime salubrem q̄d etiā venenati liquoris eluit pnitiē, neqꝫ pigra, q̄ merito damnat̄: neqꝫ glatiei aut niuis q̄ potanda nō est ne (vt ait Plinius) penas montium in voluptatem gule vertamus; neqꝫ de metallis originē sumat: nisi forte ex auri siue argēti minera extiterit oriunda.

Sed pluuialem aquam quam celestem vocāt salubritati
corporis accōmodatissimā inter auctores conuenit preci
pue si fictilibus tubis in contectam cisternam deducatur.
sic enim potui probatissimā ferunt. Deinde fontanā fon-
tium orientalium ⁊ eam precipue que coloris est perspi-
cui nullo aut sapore aut odore vitiata q̃ etiam frigus tem
pore suo mulceat estatisqꝫ moderetur incendia ex terra im
primis pura non plurimū substantie crassioris, neue are-
nose, neqꝫ plurimū mollis vel limose: sed mediocrem inter
hec veluti suauiorem leuioremqꝫ celerius permutabilem
a calido in frigidum ⁊ econtra laudatissimā affirmāt. De-
inde eam que scaturiens e montibus orificia per saxa pre
ceps deuoluitur que difficilius interius vitiat̃. Post au-
tem fontanas accedunt magnorum amnium aque fluuia-
tiles non parum etiam laudate precipue detecte ⁊ euenta
te velociter fluentes. que etsi a radijs solis purgent̃ ma-
gis ꝗ̃ fontane ita vt partes crassiores ab exilibus magis
segregentur. quia tamen diuersarum substantiarū sunt eo
ꝗ per loca transeunt difformia quas etiam multi ingredi
untur riuuli nec fieri pōt quin estate aque plurime in hos
amnes fluant. tum hymbrium. tum etiam niuium in cacu-
minibus magnorꝫ montium liquefactarum: quibus cū tur
bedine fiunt impure, cuius signum esse dicunt; quia eis
quoad fieri potest puris ⁊ mundis collectis reseruatisqꝫ
apparet in fundo vasorum pars residens arenosa siue fe-
calis earum denotans impuritatem, quod etsi semper in
requieta aqua crassamen aliquod in imo reperiatur mi-
nus tamen ⁊ rarius in fontanis iam dictis euenit. Ea pro
pter aquam fluuiatilem eo impuriorem putant quidā quo
magis ab eius exortu elongatur: quibus alij resistunt pu-
tantqꝫ flumina quanto distantius fluunt tanto eorū aquā
reddi laudatiorem, tum quia plurimo motu agitatur dis-

rumpiturqꝫ. tum etiam quia sic subtiliata depurat̃ magis.
Huic autē proxima est aqua putealis collina vel que nō
in infima valle reperitur. Aquam salubrem a vitiata dino
scere docent imprimis leuitate: vt si leuis fuerit quod pon
dere apparet. Ex his autē que pondere pares sunt eo me
liorem q̃ꝫque esse dicunt quo celerius ꝛ calfit ꝛ frigescit.
quoqꝫ celerius ex ea legumina percoquuntur. vel si in va
se eneo nitido sparsa maculam non fecerit. aut si decocta
eneo vasculo arenam vel limum non reliquerit in fundo
vel si colore perlucido carens musco ꝛ omni labe pollu-
tionis aliena fuerit. vel si linteoli duo mundi aut portiun-
cule bombicis infundātur in aquis duabus eam leuiorem
affirmant cuius linteolus vel portiuncula madefacta cele
rius exsiccatur. lautior remanserit. minorisque ponderis.
Vitiose tamen aque remediū est per collaturam aut per
decoctionem ad dimidias partes eam ducere. quo modo
etsi fiat quarundā tenuiū partium aque resolutio attñ per
decoctionem illā rarefit dissoluit̃qꝫ pars crassior aque q̃
rōne frigoris aque congelata erat vel saltem propellit̃ ad
fundū sequestrata a partibus crassioribus. vel quod per-
fectius est per sublimationom vt docet Auicenna rectifi-
care. Salubris v̄o aqua ex se sufficiens nullo horum eget
sicuti aquas que sunt Rome Commentator Alexandri-
nus magnis laudibus predicat. Aquam tamen coctam sa
luti corporis plurimū mederi Theodorus Priscianus
scribit. Signa autē discratiua salubris a vitiosa aqua pre
ter iamdicta ab incolarum etiam salubritate sumenda es-
se docent: vt quia bibentium fauces pure non sint pul-
moqꝫ ꝛ torax non sine offensa saluo tamen capite: nam si
vitiato capite ad pulmonem vel stomachum morbi cau-
sa decurrat culpandus potius est aer. vitiosa quoqꝫ aqua
sui frigiditate tempore longo in hypocundriis moratur

rugitũ.gurgulatiõem.inflationem ⁊ nõnunꝙ̄ tormina ad ducit.stomachi vim minuit.concoctiõem impedit.adiuuat cibũ ad exitũ adiumento multo. salubrem v̓o aquam con traria his efficere aiunt.

¶De Pane. Ca.xx.

P Anem veluti fundamentũ alimentoꝝ fere oĩum hu mane nature peritiores putarunt ideo ⁊ sic appel lari:quia cũ omni cibo apponatur vel ꝙ oẽ aial eum pe tat.cuius vsum in regimine resumptiuo imo ⁊ ꝯseruatiuo nequaꝙ̄ omitti iubent:⁊ presertim eius qui ex nõ vitiato fuerit semine.nullũ aũt inuentũ est exͥmẽto ⁊ rõe ducẽti bus laudatius vt ex eo fiat panis saluti hoĩs ꝓducens ꝙ̄ frumentum sicuti greci ⁊ barbaroꝝ plurimi iudicarunt vt Galienus ait. ipm̃ enim cunctis granis est magis alibile cuius nãm calidã in gradu primo ponunt.equalẽ tñ in hu mido ⁊ sicco.sanguinem dans ceteris granis tempatiorẽ Est nãqꝫ boni succi triticũ.mali v̓o panicũ.miliũ.legumia imo ⁊ bordeũ ipm̃. cũ tñ bordeũ magꝭ ceteris granis fru mento contendat.panez etenĩz ex bordeo astringere ⁊ re frigerare Theodorus Priscianus affirmat: eũqꝫ antiqͥs vsitatũ vita damnauit quadrupedũqꝫ tradidit refectibus vt Pli.tradit. Paniceus q̊z panis damnaẗ etsi ita dict⁹ sit quasi panificiũ qa multi ex eo vice panis nutriãẗ. Nos tñ in hac gerẽtocomia vt resumendoꝝ senũ curatores nõ vt veterinarij panificij gñã distiguem⁹. frumẽto itaqꝫ glo ria daẗ:qꝺ etsi ꝗqꝫ ex frumẽtꝭ panifitia sunt gñis sint valẽ tissimi vt ait Celsus.i.plurimũ alentia:valẽtius tñ ex fru mentis est.spissum.cõmassatũ.vt vix dẽtibus diuidaẗ. me diũ inter albedinẽ. ⁊ rubedinez.magnũ. pingue.sufficientẽ recẽs: nã nouitati ꝓpipinquius celerius pinguedini atqꝫ corpulentie confert vt Auicenna prodit:licz recens illico duz colligiẗ alimenti fit viscosi crassi. ⁊ flegmatici iecoris

⁊ fere totius opilationes adducens. Antiquū quoqꝫ plu-
rimū damnauere veluti ficcioris deteriorisqꝫ alimēti. sit in
super plenū. ponderosum. maturꝫ ꝯdecenter. de sana mes-
se collectū. diligentia ꝯseruatū. ⁊ ab extraneis purgatum.
laudatiusqꝫ collinū ꝙꝫ campestre. nam colles robustius lꝫ
minus reddūt triticū. M. varro autor est ad victū optimū
frumentū campanū agrū ferre. Panis itaqꝫ ex frumento
tali nō indigentiā salis fermentiqꝫ ꝯmassatōis ⁊ coctionis
bn̄s. colore candidus. pondere leuis. suba nō compactus
figure mediocris. effimerinus vel triduanꝰ dūtaxat. is est
quem optime pręparatū Gal. vocat. in quo ꝯsenserūt periti-
ores precipue tū Auer. ꝙ melior ex cibis terra nascentibꝰ
nālibus hoibus est triticū artificio pręparatū. nam celerius
digerit sanguinem cū splendore equalitati ꝓpinquū imo
optimū certitudinalit̄ intermediū iter crassum ⁊ aquosum
vt Gal. ait nām panis triticei ita ꝑparati calidiorē ponūt
ꝙꝫ tritici. vires roborat quo veluti optimo eos q tranquil
lam ducūt vitā. quorūqꝫ digestio est defecta vt seniorꝫ refi
ci iubent. neqꝫ fermentū a feruore dictū in panis ꝯpositōe
omitti volunt. nam eo sufficiente valentior censet̄ paniqꝫ
dat̄ aereitatis dn̄ium ⁊ exinde spongiositas ex qua facilꝰ
celeriusqꝫ digerit̄ veluti magis ꝑmutabilis. tum humidita
te. tum etiā leuitate aerea. ideoqꝫ rebus aluo impantibus
panis fermentatus anumerat̄. Sal ꝙꝫ decent̄ pani admi-
sceri precipiūt. nam sui caliditate ⁊ siccitate humidū absu-
mendo aqueū exuberās paratū ebulire ⁊ putrescere a cali
do ꝯtinentis subintrante quod foras expirat saluat impu
tridū. eūqꝫ leuiorem magisqꝫ digestibilē ⁊ sapidiorē affir-
māt fermentiqꝫ coniunctōeꝫ rectificare. Qꝫ si fermenti ⁊
salis parꝫ habuerit neqꝫ decent̄ coctus fuerit viscositatē ⁊
crassitiē adducere. si vo pluri eo abundauerit in refectiōe
senectutis veluti nimiū exsiccantē repellere iubēt. lauda-

runt quoq3 ad panis pfectionem vt elaboratus sit p commassationẽ diligẽtia ꝛ studio. nã crebra ꝯmassatio ꝛ lõga in panis ꝯpositione post decoctõem cum fragilem reddit humido ablato. nec decentẽ panis coctionẽ negligendam voluere vt nec vstus sit qa aluũ sistit. hũc panẽ nauticũ dicunt cuius virtus in hoc augeẽ si bis coquaẽ. neue diminute decoctus: nã lentorẽ siue tenacitatẽ ꝛ viscositatẽ ex humore pcedentẽ atq3 crassum dat alimentũ. Actu q̃3 calidũ damnauere qa sitim adducit suiq3 vaporosa humiditate stomachoinnatat vt Auic. tradit. quo fit vt celerius saturet l3 velocius digeraẽ tardeq3 ẽ stomacho descendat Color aũt albus ꝛ leuitas panis puritatis notiones sunt. suba v̂o nõ compacta conuenientis ꝯmassationis magnũ ꝛ crassum multe medulle plurimũ alibilem ferunt aluum soluere: pauce aũt pax. aluum constipare. egestionem tardare: forme vero medie potestatis medie veluti laudatiorem ꝯmendarũt ꝛ oio panem illius forme qua calor ignis ad vniuersas panis ptes pcoquendas vniformiẽ pcedit. partes panis corticales oio phiberi. pax nutrire. difficulter digeri. humidũ egestionis exsiccare. ventrem ꝯstipare medullã cõsimiliter se solã suo humido crasso ꝛ viscoso inflare. humidũ flegmaticũ dare. pane q̃3 azimo nequaq̃3 senes educare iussere. ferunt nanq3 eum difficillime digeri. minime nutrire. tardissime egeri. opplere ꝛ inflationes adducere. oi deniq3 nãe aduersari operarijs ꝛ messorib⁹ exceptis. Ex his aũt intelligi potest quecunq3 aliũ panẽ q̃3 ex tritico repellendũ veluti facile intus corruptibilẽ sicut hordeaceũ. siliginaceũ. fabiceũ. castaniceũ. orobiceũ. sorricium. miliaceũ siue paniceũ. ꝛ ꝯsiles atre bilis gñatiuos ꝛ pastiliũ gñã: sicuti bucellatũ panẽ qui exsiccat ꝛ corpora extennat vt Theodorus priscianus ait. ꝛ pane3 picentem ꝛ ꝯsiles ope pistorio factos ꝛ si valentissimi sint sic q᷒ ex

frumento a die melle ꝛ caseo ꝯstat frequentiori saltem vsu nequaq̃ȝ in regimine senectutis recipi debere; exceptis sorbitionibus. pulticulis. lagano. amilo. ptisana q̄ quia res lenes sunt ꝛ boni succi senioꝝ esu idonea censent: q̄bus ꝛ simulā ꝯnumerare precipiūt. ea siq̄dem laudatior est ex tritico tuso ꝛ ad ꝑtes minimas ꝓximo facta vt media sit inter farinā ꝛ farrem adoreū. panis ex ea laudatissimus habit⁹ est eiusq̄ȝ simule eduliū siue iurulenta potio est magis alibilis ꝛ laudatior ea q̄ ex amido imo quolibeat alio de genere farinaꝝ: regiminiq̄ȝ resumptiuo accōmodatior.

¶ De carne laudatiore in regimine senectutis: ꝛ imprimis quadrupedum placidorum Cap. xxi.

Carnem etsi a creando dicta sit non considerauerūt in resumptiua methodo nisi quaten⁹ via nutrimenti ad senem resumendum refertur esui eius apta. ꝛ eam proprie que in animalibus sanguinem habentibus reperit: cū ꝛ sanguis carnis vera materia sit; etsi latiori notiōe in animalibus sanguine carentibus caro .i. proportionale proprie dicte carni reperiat. Est aūt caro talis vt peritiores affirmāt: cibus humanū corpus reꝑans ꝓpinquus magis vt nutriturus sui conuersione fiat sanguis cūctis nutrientibus valentius. i. vehemētius nutriēs. plus. n. alimēti est in ea q̄ȝ in vllo alio. vires corroborās. pinguedini ꝯferēs. cuius determinatōem vt frequent eoꝝ aīalium generatim ꝛ membratim quoꝝ caro esui humano ꝛ precipue seni cō mensurato vel illi ꝓpinquiore congruit omissis nō conuenientibus in hac gerentocomia adduci iussere. Pertinet enim ad rem senectutis ꝓprietates aīalium nosse. hoꝝ vō quedam sunt terrestria. alia aerea. quedam aquatilia. Ab aīalibus itaq̄ȝ peditantibus imprimis exordiri volunt ceu a ꝑfectiorib⁹ magisq̄ȝ in vsum cedētib⁹ quoꝝ nō ꝑue sunt

vires ꝛ differentie. tum ꝯm partes. tum etiam ꝯm quedaꝫ in ipsis ꝯtentoꝝ ꝛ generatoꝝ quoꝝ sunt oua. lac. sanguis caseus. butirū. non enim oīa hec easdē habent vires sicuti neqꝫ aīalium partes. Aīalis peditantis domestici caro in regimine senectutis in precipuis laudibus habita est que- cūqꝫ nāe humane vicinioꝛ existit. facilioꝛis digestiōis atqꝫ optimi sanguinis gn̄atiua. multifariā partita iuxta varieta tem aīalium quoꝝ ipsa est caro. naturaꝝ earundē. etatum coloꝝ. sexuū. habitudinū. tp̄m. locoꝝ. pascue. decoctionuꝫ. modoꝝ. ꝛ assationū. ad seruationes ipsaꝝ post occisionē aīalium: nam carnē aīalis coloꝛis varij etsi minoꝛis sit ali menti coloꝛis tn̄ rubei vel nigri in oī specie aīalis ad esum venientis sapidioꝛem ꝓdunt q̄ꝫ albā: q2 rubedo nigredoqꝫ caloꝛi attestanť: q cum abundās fuerit ꝯm nām in mēbꝛis coꝛpis digestionē ꝑficit ex qua etiā caro esui sapidioꝛ red diť leuioꝛ ꝛ suauioꝛ. carnē q̄ꝫ aīalis infantie ꝓpinqoꝛis humidioꝛē affirmāt. ꝛ eoꝝ q̄ ad augmentū tendunt perfe- ctioꝛem: q2 oīum crescentiū caro melius concoquiť lꝫ mi- nus alimenti prestet sicuti quadrupes aīal oē si lactās est vt Coꝛnelius celsus tradit. aīaliū quoqꝫ nāe sicce veluti hircoꝝ ꝛ capellaꝝ quecunqꝫ etate minoꝛa sunt sicuti edo rum senectuti magis ꝯducere. nam fetus oīs natura hu- midus quo partui ꝓpinquioꝛ eo deterioꝛ: ꝛ quo ꝓpoꝛ- tionabiliter remotioꝛ eo laudatioꝛ. Ꝯrium apparet in eo q̄ natura est siccus: ea ꝑꝑ carnē veteris ꝛ ꝓpinqui partui aīalis illaudarūt. masculoꝝ carneꝫ ea q̄ feminaꝝ vt in plu ribus laudatioꝛem ꝑdicant. nam oīs feminea caro sangui nem dat malū excepta carne capꝛina: quā ea q̄ hircoꝝ mi- nus damnauere: idcirco ꝛ gallinā plurimi auctoꝝ magis q̄ꝫ galliū laudauere: quod etsi castrati aīalis vtriusqꝫ sexus tam volatilis q̄ꝫ peditātis melioꝛem nō castrati ꝓdiderūt carnem. attn̄ q2 caloꝛ innatus per castratiōem remittitur:

Indeq3 euenit animal id magis saginari pinguedinē qua dam stomachi concoctioni onerosa. ideo plurimoꝝ nō castratoꝝ caro in regimine resumptiuo laudatior habita est q̄3 castratoꝝ. ⁊ medii in pinguedine ⁊ matie laudatiore: nam caro permacra precipue domestica est mali succi lic3 minus stomacho inepta q̄3 pinguis. Omnis caro salsa et noua vetusta valentiore est: ⁊ vernalis autumnali: ⁊ ferina eoru3 que in desertis habitant animaliū pluris melioris ue alimenti domestica eiusdem speciei, minorisq3 superuacuitatis: cum tamen placidi animalis caro sit humidior Om̄e eni3 ferū animal domestico leuius: ⁊ quodcūq3 humido celo q̄3 quod sicco natū est iudicatur vt Celsus ait Et quo pascua fuerit natura ⁊ forma specifica animali cōformia eo carnem illoꝝ animaliū magis cōmendant q̄3 si alimentis nutriant̄ oppositis. quoꝝ v̄o pascua montana sunt liberi aeris herbaꝝ redolentiū vt serpilli, origani, mētastri, pulegij, polij, sileris, abrotani, ⁊ consimiliū: carnē ea que est animaliū quoꝝ pascua vallosa sunt, paludosa, lutosa, vel cenosa, laudatiorem affirmant, humidiora q̄3 estate laudatiora habent̄ sicuti sicciora hyeme. ⁊ omnino alia ⁊ alia alijs ⁊ alijs temporibus ad victū meliora vident̄. horū itaq3 elixa carne potius q̄3 assa vesci iubēt ceu senectuti magis conducente: nam quecunq3 assantes vel frigentes comedunt̄ siccius corpori dant alimentum, que v̄o in aqua decoquuntur humidius, que aute3 in olis in medio hoꝝ sunt vt Galienus tradit. Consimiliter quecunq3 vino condiuntur exsiccant ⁊ nutriūt calefaciuntq3, oxizama v̄o nutriunt competenter sed minus calefaciunt. Carbones autem sale condite ⁊ cocte minus nutriūt ⁊ corpora desiccant atq3 extenuant lic3 ventrem sufficienter procurent vt Theodorus Priscianus scribit, horum autem elixa laudatiora sunt in regimine senectutis, ideoq3 qa caro

omnis iurulenta rebus calefacientibus annumeratur. recipiūt enim elixa ab aqua humiditatē que elementoꝝ est humidissima. resumptio autem fit per humida vt innotuit quare vt magis apta magisq̄ alente carne elixa vescēdū esse precipiunt: qḋ etsi res eadem magis alat iurulenta q̄ assa: magis assa q̄ frixa: attamen elixā in regimine resumptiuo magis laudarunt. iurulēta vel elixa caro pinguis alvū senioris mouet. Si carne animalium magnoꝝ corpoꝝ presertim extenuatoꝝ senes vesci contingat elixam saporibusq̄ maceratam ꝯdiendā iubent. atq̄ priusq̄ percoquatur post interfectionem aliquo tempore adseruari mensorem temporis illius hyeme interdiu animalia deambulātia iugulari precipere ante eoꝝ esum. sic enim cōminuibilis magisq̄ digestibilis. estate vero interfectoꝝ in aurora animaliū carne post solis occasum vti. A quadrupedibus itaq̄ domi nascentibus quia valentissimi generis sunt incboare visum est.

¶ De carne Edina.

e Dum lactantē in climatis sexti regionibus cunctis placidis peditantibus quoꝝ caro ad esum hominis venit pro resumptione senū sicuti ⁊ conualescentum preferunt. vtrorūq̄ enim est eadem ars reductiua: nam cum corpora perpessa egritudines ⁊ precipue prauas dū iam conualescunt consimiliter senibus disponantur ideo eisdem adhibere cās enutrititiuas resumptiuasq̄ easdē iubēt: qua ratione Galienus in quinto libro sanatiue methodi compulsus: carnem edinam non inutilem seni affirmat veluti eā que est equalis: edi precipue maris quadraginta dieꝝ etatem nō transcendentis nullā in seipso malicie admixtionē hñs: eduli inq̄ quē lactantem hyrcoꝝ alij vocāt non femelle: quia ipsaꝝ ⁊ mariū plurium annoꝝ carnē veluti difficulter digestibilem ⁊ mali chimi damnarunt: s; maris

edi parui carnem ab edendo dicti cuiuslibet alterius domestici peditantis laudatiorem saporis iocunditate. nutrimento. digestione. boniqꝫ ꝛ tenuioris sanguinis generatione. cõmuni fere omniũ consensu confessum est: licꝫ Celsus suillam leuissimam dicat: grauissimam vo bubulã. edinam carnem frigidam edendam esse Auicenna iubet: propterea ꝙ sic eius quiescit vapor. in climatibus tñ calidioribus sicciorib[us]ue agninã laudatiorẽ prodidere edina.

De carne Agnina.

a Gni annualis carnem non lactantis in grege exercitati neqꝫ in stabulis studiose semine lini aut ei[9] farina vel quolibeat alio modo inpĩguati pro regimine senectutis post edinam ꝑeligi volunt: nam etsi agniculi lactantis carnem veluti humidissimã. viscosam flegmaticãqꝫ dãnauerint: non lactantis tñ agni precipue annualis etiã nõ castrati arietis exercitati vt dicebatur laudauere. Auicenna auctor est agnina carne vescendũ esse calida: sic enim magis ꝯmendat̃: qa ipsius vt ait malus odor resoluit̃.

De carne castratoꝝ Arietum.

i Ubent quoqꝫ hac vesci senes si coꝝ sit castratoꝝ q mediocris fuerit pinguedinis in salubri aere nutritoꝝ in pascuis: q̃s pastiões. M. Uar. appellat: saxatilib[9] ꝛ montanis. decliuis enim paꝝ est ab equalitate. tenuior. leuior ꝛ sapidior. econtra disposita: namqꝫ aduersari humori melancolico affirmant.

De Uitulina.

h Anc quoqꝫ recipiũt in regimine resumptiuo si tauri iuuenculi seu lactantis vituli fuerit pinguis a partu distantis vnius duoꝝ aut amplius mensiũ triuꝫ tpe ꝛ oĩo a diebus q̃nquaginta ad centũ vsqꝫ. ꝓbet nãqꝫ nutrimen-

tum senecte plurimū idoneum: estq; digestiōis facilis san- guinē laudatū dat. est enim priuata lentore illo & frigidita te qua abundat bouina seu vaccina: eo q vitulus nature ponitur par distantis ab equalitate calide & humide. vi- tulam vo etsi in actiuis equalitati forte magis accedat. humiditate tamen & lentore senibus non ita aptam pnū- ciant. Uterq; vitulus & vitula a viridi etate dicunt: itaq; edina sicuti vitulina motu modico vtētes & senos vtilius vescantur.

¶ De Carne ferina ferar peditantiū pecudum: & in primis de Capreoli Dāmeq; carne. Ca. xxij.

e X quadrupedibus feris lz robustior cibus sit q ma- ius q̄ōq; aīal ē vt Celsus ait: ex eorūq; oī carne hu mor gnetur melācolicus vt dicūt: in regine tn resumptiuo qa boni succi est oīs venatio mīmeq; inflās quorundā eor carnē nō phibuere: ceu capreolinam iuuēculi capri quem adolescentulū gazelar vocat Auic. lactantis siue a lacte exeuntis. est nāq; eius caro oī alia siluestri tempatior. seni bus vtilis. fragibilis magis. facilisq; ɔcoctiōis. neq; super flua pinguedīe nauseatiua. saporis delectabilis & oīo lau- datior ea q placidor. In eisdē q̄z laudibus habita est ca- ro apri iuuenculi aut cicuris pollutioni ppinqui: nā cū fe ra dicta sit qa desiderio suo ferat nāli quadā libertate. mo tu ɔtinuo & labore hor aīaliū sanguis mag depurat. atte nuat. apiunt pori a qbus ppellunt supflua. Carni capre- oline peculiare h inesse pdit Judeus: q vires aīe corro- borat eius aqua p decoctōez vel sublimatōez extracta ca sui virtutis subito & sincopi ex nimia purgatiōe euenienti vnice medetur. Caprarum tn siluestrium maiora sicciora sunt minoribus & ventrē instringunt vt Theodor Pri- scianus narrat. propter quod et in regimine resumptiuo

damnantur sicut τ ceruina caro.

¶ De Aprina carne.

i Uuenculi apri aut cicuris.i.bigeneris aialis ex apro τ scrofa domestica nati carnem in regimine senectutis recipi preceptũ est.est siqdez alibilis plurimũ neqȝ etate sua qua proximus est aper natiuitati est digestionis illius difficilis qua aper iã etate prouectus neue cũ sit aial ferinũ tante extat humiditatis quãte sus domesticus quã tumcũqȝ iuuenis siue ꝓuectus.ꝙ si aprinã carnem magis alibilem ceruina atqȝ caprina maioꝝ aialiũ magisqȝ exsiccare Theodorus Priscianus scribat.id omne intelligendum est de carne aproꝝ ꝓuectoꝝ.

¶ De Carne Testudinis.

i Ndigentibus resumptione salutaris habita est testudinis caro plurimũ alibilis: tũ quia eius supflua in extrinseca ꝓpellunt: tũ etiã quia testudo ꝯposita est ex materia cui equaliter quattuor elemẽta grauia vz τ leuia sunt intermixta sicuti Ysaac prodit. etsi mixturam talẽ nõ eã dicant sicuti que corporis humani cuius precipue minimũ vnius alterius minimũ contangit.sed elementoꝝ in testudine mixtio est quedã partiũ iuxtapositio:pinguedini τ restaurationi extenuati τ imbecillis corporis plurimuz idonea si vt decet percoquat.eius enim alimentum simile est alimento galline aut qualee.

¶ De Cuniculina carne gliris τ Spirioli siue Pyroli.

n Eqȝ prohibent in regimine senectutis carnem cuniculoꝝ in siluis seu nemoribus degẽtiũ sub terra fossa latere solitoꝝ. vnde τ foramen sub terra occultũ cuniculum appellant.quem quidam lepusculũ dicunt: alij cunicũ.M.Uarro cuniculũ appellat similem nostro lepori ex quadaz parte sed humile quod in Hispania nasci ꝓdit

Hoꝝ itaqꝫ carne conuenienter nutritoꝝ ⁊ pinguiū aliquā do senes vesci iubent. verū quia viscosum dat alimentum sicuti ⁊ eretij caro. vrsi. ⁊ gliris. ideo vsu frequentiori eam damnauere. Gliris vō ⁊ spirioli carnem etsi animalia sint latantia semifera de muriū genere non plurimū ad esum venientia non omnino illaudrunt: ex copia eoꝝ frequentius eis vescuntur Carinthie incole. gliris tamen caro superflue est vnctuositatis: quas pingues facit somnus: naꝫ gliscere est crescere. nauseam enim adducit magis in vsu etsi sit humida qꝫ ea que spirioli ⁊ sapida cuius suauitate olim censores in cenis eas ademerunt non alio modo qꝫ cōchilia aut ex alio orbe cōuectas aues vt Plinius prodit. spirioli vero caro dulcis est. esui delectabilis. eius cibi poma sunt ⁊ nuces

De Leporina carne.

SEniores nature frigide hyeme ⁊ in regionibus frigidis carne leporina vesci ea precipue que iuuenuꝫ ⁊ adolescentum lepoꝝ est sagacitate canū ⁊ venatiōe captaꝝ iubet Albuchasis. in media eniꝫ materia numeratur lepus. i. mediocris alimenti: ambabusqꝫ qualitatibus frigiditati ⁊ accidentali humiditate senectutis aduersaẗ. estqꝫ ad euchimiā laudatior ea que ouina et bouina imo ⁊ ea que iuuenū hircoꝝ aut capraꝝ vt tradit Jsaac. ea propẗ siccas naturas expetentibus dare precepit. his vō qui tenuem seruant dietaꝫ veluti contrariā damnauit. Leporis nām calidā ⁊ siccam ꝓdit Albuchasis. frigidaꝫ vō ⁊ siccā Auicenna. aluū sistit. grossiorem dat sanguinem. magisqꝫ alia carne in melancoliā est ꝯuersiua. vigilias adducit vt Albuchasis tradit: licꝫ Cato somnos fieri lepore sumpto in cibis arbitretur. Usum itaqꝫ leporis in regimine senectutis nec omnino laudarunt neqꝫ omnino dānarunt: qc-

quid de ea opinetur Martialis qui inter quadrupedes lepori primam gloriam ascripsit. ventrem leporinam carnem instringere, membra desiccare, et vrinã mouere Theodorus Priscianus scribit.

De carne salita.

c Arnis salite esum et precipue elixe non prohibuere sicuti neqꝫ pisciũ salitorum si ad maciem declinis sit, cibi appetentiam efficit, vires stomachi corroborat p̄cipue concoctã sale modico eam stomacho aptissimã dicunt, similit̃ sicut perne, offelle, succidia, tomacine, q̃ apud alios tomacula. et tanace edulia sunt ex carne porcina similit̃ et petaso quam coxam cum crure porcino salitam dicunt; et cetera que huiusmodi habent vsus rationes.

De carne volatilium et in primis placidorum. Ca.xxiij.

v Olatilium fere omnium caro esui humano idonea generi peditatium relata siccioris alimenti est. neqꝫ enim vesicas ad vrinas segregandas concessas habent volatilia vt Theodorus affirmat. neqꝫ salivas emittunt. est quoqꝫ paucioris tenuiorisqꝫ alimenti virtuti stomachi ꝯcoquẽtis magis apta; ita vt oẽ aucupiũ oẽmqꝫ venationẽ rebus stomacho idoneis annumerent minimeqꝫ inflantibus; vtranqꝫ etiam assam vel elixam celeriusqꝫ descendere ferant. cuius naturam equalem dixere quia caloris imbecillis; licet tamen ad calidum si eius lapsus aliqualis Horum autem omniũ quecunqꝫ in media sunt specie valentior est caro eorum que pedibus magis q̃ꝫ que volatu nituntur; et eorum que volatu findunt firmior; et adhuc eorum que grandiora sunt q̃ꝫ que minuta vt ficedula et turdus. Et caro eorum que in aqua non degunt leuiorem cibum prestat q̃ꝫ illorum animalium que natandi scientiaꝫ

habent (vt Celsus tradit) et volatilia castrata aialib⁹ ambulantibus vtiliora dixerunt et placidorum aialium quecūq3 pastionibus campanis alimentū venantur laudatiorez q3 eorum q̄ inclusa pascunt in cassula aut ornithonostion q est locus ad pascendū gallinas. tum continuo eorum exercitio. tum quia escaz queritāt que ad eorum victū est sufficiēs. horum vo omniū quicunq3 anteq3 pennas emittant caro generat humores qui intus facile vitiant stomacho nauseaz adducentes. volatilium placidorum esum in regimine resumptiuo elixorum laudarunt: nam humidius corpori dant alimentum: et adhuc cōmendatiorem eorum aialiū carnem dixere que nec in palludibus neq3 stagnis aut fluuijs degūt et siccata omnia recentibus laudatiora sunt vt Galienus qunto de regimine sanitatis.

¶ De carne Gallinacea.

P Alli gallinacei carnem pinguedinis mediocris vociferare incipientis: neq3 adhuc coeuntis et similiter galline q̄ nondū peperit inter oia placida volatilia in regimine resumptiuo laudatior censet. Est enim nature temperate. celeris concoctiōis. facilisq3 cōuersionis in laudatum sanguinem. paucarum superfluitatum. aluū molliens. appetitū corroborans. Auerrois auctor est carnem pulli mira quadā proprietate humanā cōplexionē et humores equare senibus frigide nāe hyeme et in regione septentrionali nō modo verūetiā oibus etatibus naturisq3 vtilissimā: licz minus alimenti prestet quo tenerior pullus cohortalis est Preferūt nōnulli gallos gallinis. alij econtra et earum presertim nigras eligere iubet Mesue. alij vo nigras aut flaui coloris. albas aūt vitādas qa molles et minus viuaces et glocietes similit. neq3 enim in colerā neq3 in flegma cōuerti pdunt precipue si fuerit galline caro sane et pinguis nondū fete iuuenis. nondū annicule neue bime sed pulla-

stre: imo ꝛ meliorez arbitrant̃ cuiuslibet alterius volatilis carne in equando ꝯplexionem humanā: qua siqñ assa vti libuerit laudatiorem q̃ in ventre agni seu edi assat̃ Auic. tradit: nam sic eius humiditas conseruat̃: qḋ etsi gallinas educare nulla mulier nesciat easqꜫ pingues facere fartoris officiū sit nobis tñ in p̄senti dixisse satis sit ꝙ galline aptissime saginãt̃ eas in tenebris farina aut hordeo semicocto nutrire. Gallos castratos quos nōnulli capones. alij papones dicunt. Columella v̄o inqt mares gallos seminares capi noīe vocari: cū sint castrati libidinis abolende cā. Hos itaqꜫ quolibeat modo appellent̃ si fuerint pinguedinis mediocris escam libere queritantes oībus volatilibꝰ salubriores dicunt. imo ꝛ gallinaꝝ etiā carne laudatiores tum bonitate nutrimenti. tum superfluoꝝ paucitate. Defatigare eos ante interfectionem iubent vt eoꝝ caro sic fiat magis digestibilis ꝛ cōminuibilis.

¶ De carne Columbina.

Caro pulli columbini volatui ꝓximi seipso escā queritantis levior est ea que est columborū volare impotentiū quibus inest caliditas ꝛ humiditas superflua q̃ gravitate atqꜫ impotentia volatus eoꝝ dinosci potest quā amittunt volare incipiētes. quo tempe quia eorum caro celerius digeritur eaqꜫ virtutis atqꜫ spirituū robur augescit: ꝛ eoꝝ precipue qui nobiscum cohabitāt ꝛ nutriuntur citiusqꜫ ad augmentum veniūt seniores nature frigide hybernis mensibus in regionibus presertim niuosis resumendos iubet Albuchasis. etsi Theodorus palumbū mansuetum ventrem stringere: magis tamen alibilem scribat. eos v̄o qui in nemoribus degunt sicciores esse alimenti cum glandibus nutriantur senioribus nature frigide ꝛ humide temporibus ꝛ regionibꝰ humidioribus vtiles ferunt. Mirum quid de proprietate columborum siluestrium adole-

scentium ad membra mollificata relaxataqꝫ confirmanda, imo ꝛ ad tremorem totius corporis emendandū ꝛ eorum maxime q(vt aiūt)trahūt post se crura ꝛ pedes, ad eosqꝫ qui sensu ꝛ motu priuant̄, quorūqꝫ loquela intersecta est, ꝛ ad reparandū corpora euacuatione plurimi sanguinis inanita ꝛ refrigerata; aduersari tñ produnt natura colericis ꝛ calidis cerebro ꝛ oculis, emigraneā adducē, ꝑcipue eoꝝ colla ꝛ caput assa cerebro hūano inimicari, ꝛ in hac sentētia conuenere Rabi Moyses, Albuchasis, ꝛ Auenzoar. Emendantur nocumenta hec si aceto ꝛ coriandro aut agresta ꝛ medulla citruli eorum condiatur caro.

¶De Turturis carne.

p Eritiorū plurimi cū Auic. carnem turturis ea q̄ aliorum volucriū laudatiora putant, tū alimenti tenuitate bonitateqꝫ, tum etiā quia mirā(vt dicunt)ꝓprietatē habet in acuendo ingeniū, augendo imaginationem, memoriam ꝛ oīo virtutem sensibilē corroborādo, q̄ oīa tutele senectutis plurimū ꝯducūt precipue qa senectutē ipsam matrē siue obliuionis domū appellāt. Euenit aūt vt ita apud eos ꝯmendetur forte qa in regionibus illis in quibus laudatissimā arbitrant̄ ita bonus sit eius vsus. aliȷ̄ volucrium plurimorū carnem ei q̄ turturis āñferunt. Turturē gradu arūt calide ꝛ excellentis sicce nature laudatiorē tñ ferunt eius carnem ea q̄ columboꝝ. Laudatissimā pullorū turturis saginatorū ꝛ eorum precipue q in nidis vltimo remanent in regimine senectutis ceu idoneā recipi iubent; ad saginā veluti idoneā nō veterem turturē eligas sed nouellam vt que circa mensem cum iam ꝯfirmata est pullicies.

¶De carne volatilium ferarum ꝛ imprimis de Fasianina. Ca. xxiiȷ̄.

e Tsi placidorum volatilium caro fere plus alimenti afferat ea que ferarum sue humiditatis atqꝫ laboris

temperie: attamen quarūdam ferarum carnem ea que domesticarum preferunt eo magis: quia boni succi sunt oēs aues que ex media materia sunt sicuti Fasiani: quā laudatiorez ea que pullorꝫ gallinarū produnt, nam fasian⁹ a fascide insula grecie vnde primū asportat⁹ est appellat̄. quē gallum siluestrez Auicen. vocat natura est caliditatis temperate: lꝫ nature sicce atqꝫ ventrem stringere Theodorus ferat quo iuniore ꝛ pingui senes ꝛ conualescentes vesci volunt. Sunt enim fasiani gallis ꝛ gallinis natura propinqui valde speciei fere eiusdem: lꝫ eisdem sint aeris alimentiqꝫ siccioris ꝛ exercitij amplioris. Albuchasis auctor est carnem fasianinā portitoribus atqꝫ operarijs noxiā ꝛ presertim his qui ponderibus grauioribus onerati defatigantur: neqꝫ sanos ea vti expedire ꝛ eos precipue qui motu plurimo vtuntur.

De carne Perdicis frankelini. Starne. Coturnicis.

b Orum volatilium natura ad seinuicem ꝛ cum ea q̄ fasianorū propinqua est valde: quorum omniū caro si ante confirmatā pulliciem illorū fuerit qui tardius a nido discedunt senes sicuti ꝛ conualescentes vt alimēto laudatissimo resumendos iubent. nā in qualitatibus actiuis natura sunt equalia: minoris tamen siccitatis q̄ꝫ in pullicie confirmata. in ea enim etate sicciores sunt perdices vt Theodorus ait Priscianus. iuuencule tamen ex eis laudatum sanguinem prebent paucarum superfluitatum. celeris digestionis. Galienus auctor est digestibiliorē esse carnez volatiliū aialiū ꝛ maxime ꝑdicū. frankelini. colūbe. galline ꝛ galli. Ideo ꝛ qdā ꝑdicem oīm volatiliū ad resumendū magis idoneā ꝓdūt. alij v̄o eā q̄ ē starne quā dicūt esse aial magni corpis veluti anserē griseū vl' cineritij color⁊ n̄ āt id aial ꝑuū i tuscia ꝯptū aluū sistēs. post eā v̄o coturnic⁊

carnez a vocis sono sic appellate auis perdicis maiuscule cōsimilis fere coloris. rubeis pedibus et rostro. vnice laudat Albuchasis in resumptione seniorum nature frigide hyeme et in regionibus montanis nature equalis cum aliquanto lapsu ad calidū licz modico substātie tenuioris atque euchime sanis et neutris corporibus cōducere produnt. calculū cōminuere. Quod si Plinius scribat coturnici veneni semen gratissimū esse cibum ideoque eas damnatas esse mēnsis: simulque propter cōmicialem morbū despui suetas quē sole animaliū sentiunt preter hominez. Alij vero ex eorum esu tbetanū et spasmū timeri velint: non quia eleborū mō cōmendant sed quia eius substantie inest virtus hec imo ceteris volucribus deterior sicuti nec alimēto nec digestiōi cōmendentur: audienda esse hec omnia ferunt peritiores de aue parua hortigo seu quiscula nuncupata q̄ etsi auium saporosiorem dicant deteriorem tamen alijs arbitrantur. Usum carnis qualee cum sit nature calide et humide nō omnino damnauere precipue in regimine resumptiuo seniorum frigide et sicce nature in autūno et in regionibus frigidis. pinguedini confert. estque plurimū alibilis. nauseam tamen adducit plurimo esu.

De Auiculis et Ficedulis precipue.

a Uicule in rubis degentes sicuti sunt ficedule. philomene. tremule. alaude: quas zorag. arabes appellāt finci. et consimiles: quarum rostella tenuiora sunt: nā quarum grossiora gustui admodū non sunt grata imo amara fellis forte magnitudine si pingues fuerint senibus vtiles esse Albuchasis tradit precipue his quorum natura frigida est: et magis elixas seu amigdalino oleo recenti conditas et pipere: sicuti laute Poeta his verbis iubet:

Cerea que patulo lucet ficedula lumbo
Cum tibi forte date datur si sapis adde piper.

precipue hiberno tempore in regione septentrionali. Earũ tñ alimentum minus siccare atq; ventrem procurare Theodorus priscianus scribit. esseq; veluti imansinum. modicum. et aereũ. celerius euaporatũ euolare ferũt. nature ponuntur calide et sicce; quo fit q̃ cõcurrente etiã ad id efficiundũ sua leuitate via alimenti insumpte ab hoïe nature calide in colerã plurimã vertant̃. volatiliũ ꝑo alia frequẽtiori vsu in regimine resumptiuo illaudant̃: nisi forte rõne quarũdã proprietatũ cuius causa senio conformes sunt. Scribit enim Rabi Moyses carnem pulloꝝ ancipitris et noctue sapidã esse: vires animi corroborare melancolie melancolice ascendẽti et permixtioni rõnis et mentis vtilem.

De partibus animalium tam peditantium q̃ volucrum in resumptione senum laudatioribus. Cap. xxv.

c Ognitio proprietatum particularũ (vt membratim determinemus) put in vsum senectutis via nutrimenti occurrunt) eoꝝ aïalium quoꝝ sermo iam precessit. tum in regimine conseruatiuo: tum etiã resumptiuo perq̃ utilis habita est: nam quelibet particula aïalis ad esum veniẽtis presertim sube passibilis atq; transmutationi obediens confert mẽbro hoïs illi consimili. cuius gratia ferunt q̃ vesci vberibus proprie ouium et capraꝝ cum lacte in eisdem cõtento conducit ad lactis exuberantiã. tum similitudine. tum etiã proprietate in eisdem compta. Laudatiorem itaq; sicuti et sapidiorem carnẽ ossi circũpositã eligendã iubent. et dextri quidem lateris magis q̃ sinistri vicinitate epatis q̃d cũ sit caloris naturalis basis vehementius influit in particulam sibi propinquiorem eã nutricatiõi habilem efficiẽdo q̃ in remotã. anterioꝝ particulaꝝ carnẽ posterioribus q̃a calidiorem coctionisq; facilioris anteferũt. et cordi vicinioꝝ eã q̃ distantium veluti temperatiorẽ: nutrit̃. n. caro il-

lis venis vicina sanguine virtute iecoris ꝛ cordis perco-
cti,non sic aũt illa que est partiũ a medietate vmbilici ad
caudũ vsqȝ positarũ.His primã dixere earum partiũ que
dorso sunt proxime.tum suo motu.tum qa soli exposita ea
que prima est ventri quiete sua atqȝ influxu solis priuata
Et circũferentie cutisqȝ aĩalis primã veluti apture ꝛ po-
ris affinã.ea q̃ in visceribus adherens magis ꝯmendarũt;
ꝛ carneȝ pinguedine intersectã.tum qa stomacho salubris
tum qa sanguinẽ dat laudatioreȝ.boni enim succi sunt oĩs
pinguis caro:oĩsqȝ glutinosa vt Celsus tradit. Nimis tñ
pinguis ventrem lenit ꝛ paꝝ alit,velociusqȝ in colerã ꝛ fu
mũ conuerti ferunt etsi celerius digeraẗ;carnem mediam
in humido ꝛ sicco sicut illa q̃ pinguedine est priuata vt co
xaꝝ qa cum sapiditate eius nutrimenti fere equalis dige-
stionis bone affirmant;presertim si aĩalium fuerit quoꝝ na
tura est equalis sicuti edi ꝛ tauri iuuenculi lactãtis. Lau
darunt insuꝑ carnem caꝝ partiũ q̃ cuti ꝛ ossibus circũpo-
nitur plurimũ tñ a fundamento caloris nãlis nõ remotaꝝ
si ea caro tenerior fuerit pinguedinisqȝ mediocris.est nãqȝ
sapida ꝛ digesta satis. tum ꝑꝑ multitudinem suꝑfluitatuȝ
ab ea dissolutaꝝ e poris cutis egredientiũ per sudorẽ. tũ
etiã ꝑꝑ collisionem q̃ euenit ab ossibus eam carnẽ ꝯfrican
tibus.Carnem tamen natum deteriorem arbitrantur car-
ni pingui eamqȝ digestionis nõ bone ꝛ mali chimi calidio
rem ꝛ crassiorem pinguedine.Jlioꝝ q̃ȝ carnem malã esse
affirmant;deteriorem tñ eam q̃ est natũ. sunt enim ilia mo
tui supposita cũ super ea voluamus nos. nõ sic aũt nates
q̃ dicte sunt quia eis nitimur dum sedemus.Carnẽ virgu
latã pinguedine(dñante tñ in ea carne)esui sapidam ꝛ nu
trimentum prebere fere equale. Particularũ inter cere-
brum ꝛ cor positarum carnem alimentũ vtile predicant.
purgaẗ enim a suꝑuacuis calore nãli cordis cui vicina est

bono etiã sanguine nutrit virtute cordis ꝛ epatis ꝓcocto
Eam q̃ est partiũ mobiliũ vt lacertoꝝ in regimine senectu
tis laudarũt. tum qa in humiditate nõ superfluit. tum etiã
quia in fluxum sanguinis ab epate ꝛ spirituũ a corde susci
pit est saporis boni digestioni obediẽs. Carnem ꝑticulaꝝ
posterioꝝ pulloꝝ ad adolescentiã tendentiũ qa sube mol-
lioris laudatiorem putãt ea q̃ partiũ anterioꝝ est. tum qa
masticationi nõ ita apta duritia sua: prodeunte tñ eoꝝ eta
te ꝯ̃rio est. huius causam dixere: qa ꝑtes posteriores pul
li sicuti pedũ ꝛ coxaꝝ quibus eoꝝ corpus oẽ sustẽtat atq̃
defert. neruose sunt ꝛ ligamentales ideo ꝛ sicce q̃ tñ in ꝓ
cessu etatis indurant magis. Anteriores aũt qa ex humi-
do viscoso crudo nõ decenter digesto ad spiritualiũ mem-
broꝝ eoꝝ volatiliũ tutelã nõ sunt a principio decent dige
ste. ꝓdeunte tñ etate vincente calido ꝛ epotato humido
rectificant a calido nãli ipsius pulli.

¶ De Musculis siue Lacertis.

a Omittũt veluti idoneã regimini resumptiuo carnẽ musculosaꝫ ꝛ rubeã pinguedine nõ plurimũ ꝯfusam neue oĩo ab ea denudatã aĩalium precipue peditantiũ: nã sanguinem dat paucaꝝ suꝑfluitatum: ꝑtium tñ musculi me lior est caro q̃ in medio eorum est. nam quia extremitates musculorum desinunt in cordas neruose sunt esui non ita apte sicuti medĳ musculi.

¶ De Cerebellis.

c Erebrũ volatiliũ qa nõ plurimũ humidũ laudatius habitũ ẽ eo q̃ᵭ q̃drupedũ. oĩm tñ volatiliũ aũferũt cerebꝝ pulloꝝ starne ꝑdicꝫ ꝛ ꝑcipue galline cui peculiarit attribuũt eo cerebri humani subãm icrescẽ. exacui igeniũ. Idẽ ferũt de eo q̃ᵭ galli ꝛ turturis: nã robur p̃bẽt virtuti (vt aiũt) rõnali. Quadrupedũ cerebrũ damnauere quia frigidũ ꝛ hũidũ cũ excessu ẽt grãdiori: stomacho inimicũ.

nam ipso remolit̄ et relaxat̄. appetitus aufertur. tardius di
gerit̄. estq̄ mali et viscosi chimi. Id v̄o omne audiri volūt
de eo quod est quadrupedū magnoꝝ corpoꝝ nature neq̄
equalis neue nature humane conformis. nam suillū cere-
brum preferūt ei quod est alioꝝ quadrupedū domesticoꝝ
deinde edi et lactantis vituli: q̄a in reparatiōe spirituū pre
cipue aromatibus et sale p̄ assationem conditū: sicuti et id
quod est galline recipiendū iubet Gal̄. Quadrupedū q̄z
ex agno precipue et edo cum petiolis totū caput aliquāto
q̄z cetera membra leuiora sunt: adeo vt in media materia
poni possint vt Celsus auctor est. Id tñ q̄d ferarū q̄z q̄d
placidoꝝ aīaliū est laudatius: et precipue leporinū in cura
tutelaq̄z neruoꝝ q̄z maxime idoneū. Capit̄ aūt p̄tes alias
lis et quibusdam musculis tp̄ib⁹ adiacentib⁹ et mica exce-
ptis in regimine senectut̄ nō receperūt: nisi forte he par-
tes que glutinose sunt et leues sicuti in petiolis capitulisq̄z
edoꝝ et vituloꝝ atq̄z agnoꝝ.

¶ De Pulmone.

e Sum pulmonis non oīo damnauere in regimine re
sumptiuo. tū q̄a est digestiōis facilis celerius de sto
macho exiens. tū propter bonitatē et raritatē substātie sue cū
sit veluti cordis flabellū. grece enim pleumo dicit̄. laudat̄
presertim q̄ inter quadrupedes lactantis est edi. alioꝝ v̄o
aīaliū inutilem q̄a pauci alimenti ad flegmatis nām decli-
nis: eo q̄ accidentali cōplexione frigidus et humidus. cō-
plexione v̄o radicali calidus et siccus habitus est.

¶ De Testiculis.

h Os qui volucrū sunt et precipue saginatoꝝ atq̄z pin
guiū senibus nāe frigide hyberno t̄pe et in regiōe fri
gida magis q̄z peditantiū cōmēdat Albucasis. et magis
q̄ galloꝝ vociferare incipientiū. sunt enim laudatissimi ali
menti. deinde q̄ perdicū sunt et fasianoꝝ: nā calide sunt et

unde nõ ꝯsenserint ad senioꝝ corpoꝝ euacuatõem cũ me-
dicinis magis intendendũ q̄ꝫ cũ flobotomia. eoꝝ enĩ aluũ
soluere est eis iuuantius. Si vͦo q̄ dicta sunt vna cũ ꝯsue-
tudine ꝯsentiant sexagenariũ etiã flobotomari bis in anno
si corpulentus ⁊ carnosus fuerit ꝯcessum est. flobotomiaꝫ
tñ ex cephalica eisdẽ ꝓhibuit Auic. nã senũ capita sunt de
bilia ⁊ frigida. septuagesimũ vͦo annũ ꝑtingenteꝫ semel in
anno minui posse. neq̄ꝫ in eodẽ q̄ꝫtumcũq̄ꝫ corpulẽto eam
reiterari. neue medianã venã scindi p̄ceptũ est. componiẗ
enim ex cephalica q̄ in altiori pte brachij sita est. cũ vͦo de
uentũ est ad etatẽ annoꝝ quinq̄ꝫ ⁊ septuaginta bis in duo
bus annis ex basilica eũdẽ flobotomari. Maxime aũt cir-
ca hec ꝯtingit error: q̄a fere minus roboris est in senio. ac
cipiẽda sunt oĩa iam dicta in regimine senioꝝ curatiuo si
morbo ꝯtingente flobotomia nccĩa esset. verũ in regimine
resumptiuo ⁊ ꝯseruatiuo flobotomia senib⁹ simpliciẗ cohi
bẽda est: nam q̄a in senioribus est exuberãtia flegmatꝭ. rei
aq̄se ⁊ hũide p vene aptionẽ fieret sanguinis subtractio ⁊
caloris. res q̄dẽ illis plurimũ noxia. In oĩb⁹ aũt his sic ⁊
generati in administratiõe reꝝ sex nõ nãlium obseruanda

est differentia regionū siue climatum: nam ex hoꝝ dña variari ꝯplexiones. vitia. naturas. alimenta. ⁊ medicinas auctoꝛ est Damascenus; ita vt ea q̄ fiunt in. ij. climate dissentiant his q̄ in. iiij. Quintiq; aut sexti climatis incole sanguinis magis tolerent minutione; his qui septimū. pꝛimū. secundum. ⁊ tertium incolunt clima.

¶De purgādis coꝛpibus senū ⁊ impꝛimis p secessum.

e Ductionem triū humoꝝ a sanguine differētiū qualitate coꝛpus ꝯtristantiū purgatōem siue mundificationē appellant; cuius etiā obseruationē hn̄dam esse in regimine senectutis pꝛeceptū est. Eā itaq; mundificationē siue purgationē senibus indicūt cuius libeat nāe. oiq; tp̄e ⁊ regione q̄ supuacua dūtaxat expelluntᷣ. cū eni in eoꝝ coꝛpoꝛibus frequētius coacerventᷣ supuacua; nec sufficiat exercitatio sola ad eoꝝ absūmptionē; ideo eos vesci alimentis medicinalibus volunt ne aluus eoꝝ ex toto suppressa remaneat. tutius tn̄ est cibo medicinali aut medicina cibali senes purgare q̄ȝ farmacia; ita tn̄ aluus senioꝛis seruāda est q̄ȝ tenerrima vt exinde nō supuacua sit. aluus enim senioꝛis ea tuta est q̄ exto quotidie coacta ea q̄ ꝯuenientia ijs q̄ assumuntᷣ reddit. nam in senibus timeri ex ventris solutione nocumentum auctoꝛ est Auic. Obseruandū tn̄ est quoad fieri pōt vt quo vteris ad ventris subductōem delectabile sit nō pigrū. i. amaꝝ; dūmō tn̄ subductiui virt⁹ delectatōis g͞ra nō dissoluatᷣ. Senis itaq; die pꝛeter diem sicca aluus nihil reddens multifariā ducenda est. tum simplicibus quibusdā. tum etiā ꝯpositis eligmatibus. Ex simplicibus qdem sicuti ex assidua soꝛbitione iurulenta. vnctuosa ⁊ pingui; sic̄ olei aut alterius vnctuosi; p̄cipue cū ȝucaro humiditate ⁊ lubꝛicitate abstersioneq; aluo senioꝝ imperantiū. celeriterq; descendentiū in pꝛimis p̄cipue mensis. necnō olerosis oibus garo. i. salmuria ⁊ oleo cōditis. nam

cibus ab his salsamentis ⁊ olerib⁹ silibusq; rebus melius incipit, ficis q̊z ⁊ coccimalis siue prunis ⁊ passulis q̄ vt ait Gal', estate ⁊ autūno vegetant̄ edēdū est, hyberno v̊o tp̄e aluus subducat̄ caricis siue ficis siccis pinguibus a quib⁹ q̄ circūiacet exterius cutim auferre iubēt ⁊ coccimalis damascenis vel simpl'r vel mellicrato; plus tn̄ mellis hn̄te infusis, ⁊ oliuis salmuria ꝯditis, qꝛ si he oliue fuerint que ex Hispania deferunt̄ eas magis q̄z damascena aluo impare Gal'. auctoꝛ est, radices q̊z polipodij qᵭ feliculā Mar. cato appellat in decoctiōe galline cōcocta, ⁊ decoctio ficle caulium ⁊ mercurialis folia ex aqua pota ad idez idonea sunt; lz mercurialē appetitus eē ꝓstratiuā, stomachiq; impedituam Cōciliatoꝛ expiētia ductus affirmet, volubilis aqua ex sale aluū soluit; q̄ vt sapoꝛis suauis fiat cū almuri id est liquoꝛe salso ⁊ oleo ꝯdita eā inquā volubilē q̄ plurimū vsuali volubili silis est; dissilis illi dūtaxat in folijs sub albidioꝛibus cū lactis emissione, ⁊ est herba vt aiūt de cuius radice scamonea fit Antiochie, medullam seminis carthami tusam cū sauic hoꝛdei ꝯpositā ⁊ terbentinā ad quātitatē auelane vnius aut duaꝝ ⁊ vt ad multū triū, ad ventris subductiōem inter salutaria remedia ponunt̄, terbentina eniz sui ꝓpꝛietate aluo imperat, ⁊ eā emollit cū interaneoꝝ sine lesione abstersione et mundificatione, epar, lyenem, renes, pulmonē, ⁊ vesicā, purgat vt Judeus scribit Ex ꝯpositis laudatū est a Gal'. ad ventris subductiōez antidotū qᵭ recipit carthami medullā, cū declupo ipsius caricaꝝ ad quantitatē nucis insumptū. Aliud ad idē efficacius qᵭ recipit cinamomi vnciā vnā ⁊ semis, tartari, foliculoꝝ sene an̄ drac, vi, carthami drac, ij, nitri drac, i, anisi zinziberis an̄ drac, vnā ⁊ semis, turbit, reubarbari an̄ scropulos duos cū zucaro aut melle electuariū fit aut in puluere cum decoctiōe carniū senibus dari potest. Aliud co-

lericis senibus perq̃ʒutile recipit. tamarindoꝝ drac. x. dis solutorum in aqua calida. reubarbari non vetusti contusi drac. vnã. quod permixtum ⁊ infusum reseruetur die vna ⁊ media: deinde coletur totum: cui addẽda est vncia vna syrupi de corticibus citri. Aliud senibus melãcolicis idoneum. ex sene. polipodij. epitbimi. tartari. cinamomi. sticados arabici. partibus equalibus fit mixtura addito zucaro aut melle sufficienti. his itaqꝫ tã simplicibus q̃ꝫ ꝯpositꝭ ad leniandã senioꝝ aluũ aliq̃n vti ꝯcessũʒ est: tũ eligmatis mõ: tuʒ electuarij aut pilulari vel quolibeat alio mõ. neqꝫ in vno eoꝝ duntaxat persistendũ est. assuefacta enim eis tempore procedente accipientis natura ꝯtemnit farmaci virtutem. Subalterare igiť farmaca opepretiũ est vt Gal' precipit. sicuti aũt ea q̃ dicta sunt ad senũ leniendas naturas efficaciora hẽntur. ita sicca exñte senioris aluo ⁊ astricta vsum oĩo ꝓhibuere. quo tñ nõnulli auctore Gal'. repꝛ̃hẽsibiles vtunť cũ succo cauliũ aut cũ aromatis. pillulas inde ꝯponentes. Alij v̉o humido aliquo solũ ꝯmiscentes ceu aqua vel mellicrato. Alij v̉o diuites faciũt pigrã quã q̃dem hñt siccã ⁊ aspergũt dãtqꝫ potui: q̃dã aũt ꝯficiũt cũ melle moderate cocto. sed nullo hoꝝ seniores vti nisi magna cogente necessitate preceptũ est. uã etsi regimini conseruatiuo eoꝝ vsus forte ꝯducat. ꝓ tutela tamen senectutis nequaq̃ꝫ. copioso enim vti farmaco senẽ illaudať. idq̃ꝫ in memoria semꝑ hñdum est ꝙ etsi plurimi dũ euacuanť letenť: attamen quo magis euacuantur eo venter eorum in his que deinceps sunt diebus ꝯtinebiť. quo fit ꝙ purgatiões vt interdũ nc̃cie sunt: sic vbi frequentes sunt periculũ afferãt. assuescit eniʒ nõ ali corpus ⁊ ob hoc infirmũ erit. Qua de re iubet Auicenna senes mundificandos eẽ frictiõe ⁊ sudore: eisq̃ꝫ ꝑ interualla caricas dandas esse ⁊ alimẽta mollificãtia. destructõeʒ v̉o eoꝝ cũ medicinis oĩo

probibendā. dico aūt vsum caricaꝝ ꝑ interualla laudari: ne eaꝝ supuacuus vsus ptedescat: in senibusq3 opilatiōes faciat sic tradit Auer. auctē Gal. vsu3 tñ eoꝝ ꝑ interualla etiā cū semine vrtice ꝛ croci ꝛ ꝯsilibus senib⁹ ꝯcedi posse.

De Clisteri.

e Clnema qḋ Auicē. medicamen nobile appellat ex oleo aut quouis dulci vnctuoso senib⁹ veluti iuuātius imponendū est. eius effectus sunt cū euacuatiōe mollificari intestina ꝛ ꝓprie si ex oleo fuerit oliuaꝝ dulciū aut amigdalino iurulento vnctuoso ꝛ pingui quopiā additis zucaro aut melle ꝛ salis modico ꝛ ēt vitell' ouoꝝ. Scribit Auerrois clistere lenitiuū vltimū est in regimine senectutꝫ consimile iudicandū est de suppositorijs lenitiuis. repellēda vō oīo clisteria acuta cum senioꝝ venter aliquot diebus astrictus fuerit. ꝛ omnino superuacuam euacuatōnē3 eoꝝ cauere eo ꝙ corpus infrigidat qm̄ innati caloris materiam destruit quia resolutiōem spirituū ꝛ opilationes q̄ sunt ex superuacuis eā sequūtur vt ait Auicenna.

De purgandis senibus per vrinam.

a Ssidua vrine prouocatio q̄maxime laudata est in regimine senū q bñ valēt cui innitimur in hac gerentocomia eo ꝙ in eis supfluitates flegmatice ꝛ serose siue aquose ꝯgregant. increscūtq3. quaꝝ eductio ad meat⁹ vrinales ceu ꝑ ꝯuenientē regionē dirigēda ē. Cū aūt pluria sint vrinā citātia medicinalia antidota oīo postponēda sēt ħ appio. melle. ꝛ vino diuretico ꝛ subtili. vt ait Gal. ꝛ his q̄cunq3 ī horto nata odoris sunt boni vtēdū. sic ꝑter apiū rutā. ꝛ hisopū. nō tñ vsu ꝯtinuo: eo ꝙ sensus excitāt vt celsus auctor ē. anetū. o3imū. mēta. anesū. coriādrū. nasturtiū eruca. feniculū. ꝑter ħ. aspag⁹. capparis. nepeta. thimū. satureia. lapsanū. pastinacha mag⁹q3 agrestis. radicula. siser. cepa. ħ qdē ꝛ potio diluta adeo vrinā ciēt vti ipe mireris

❡De Vomitu resumptiuo senectutis regimini conducente.

v Omitũ etsi motus sit laboriosus vie cibi cõtrarius: qua de cã merito vomitiões supra modũ frequẽtes dãnauit Asclipiades: in regimine tñ resumptiuo simplr nõ ꝓhibet. si. n. facilis fuerit vtilis est senib⁹ ⁊ senioribus plenis ⁊ bilosis oĩb⁹ latoꝝ pectoꝝ. nõ tñ plurimũ gracilibus neqꝫ imbecillũ stomachũ hñtibus. vtilis etiã est senib⁹ cõplexionis flegmatice in regione calida. estqꝫ eisdẽ facilior in ortu stelle simul orientis cũ sole circa. xx. iunij dicte halobor: imo estiuo toto fere tpe vt Hypocrates ⁊ Gal. docuere. vtiliorem tamen esse hyeme q̃ȝ estate Celsus affirmat. nã tunc ⁊ pituite plus. ⁊ capitis grauitas maior sub est. hic siqdem humoris flegmatici exuberantiã accidenti umqꝫ inde euenientium maliciã dũtaxat considerans. illi vo colere superuacuitatem. calorem. leuitatem. mobilitatem. aptitudinemqꝫ illius vt vomitus estiuo tempore cõcitata expellatur. Eliguntqꝫ horam meridiei vt laudatiorem. per vomitũ nanqꝫ fit exitus crassioris ⁊ puri in ventre cõtenti precipue flegmatis ⁊ colere qbus stomachus mundificat. auferẽqꝫ abominatio ab vnctuosis eueniens: qua destruit desideriũ stomachi atqꝫ grauedo q̃ capiti accidit. eũ tñ nõ eẽ frequentandũ. neqꝫ reuolutiões citã fiendã. neue dieꝝ numerũ obseruandũ preceptũ est: ne fiat iñ nãe ꝯsuetus. Affert quippe plerũqꝫ suis etiã cum auxilijs lãguores corpis plerosqꝫ: ꝑcipue surditatẽ. ⁊ dentiũ ꝯgelationem. naso noxiũ. qua in re ꝑclare Celsus iubet vt ne quis q valere aut senescere volet vomitũ quotidianũ habeat. Luxurie cã fieri non oportere; interdũ valitudinis causa recte fieri experimentis credendũ. Modũ aũt qno vomitu vti oportet dũ nccius est talem produnt. fiat obseruatio temporis ⁊ hore laudatioꝝ: precedãtqꝫ exercitiũ.

balneum. ꝛ potus syrupi acetosi facti cum seminibus. atq; esus salitoꝝ pisciū cū sinapi. melonū. ꝛ radicule. potu vini diuersoꝝ modoꝝ. dulcis. s. ꝛ austeri siue acetosi multotiēs post horas. ij. aquā aneti aut mellis tepidā siue calidā cū oleo epotando pinnaq; oleo madefacta gutturi imposita pcipue sisamino vomitio citeꝛ ligatis oculis eiusdez. pilis duabus bombicinis superpositis vētreq; leui fascia vt decet ligato. quo quidem expleto os colui vino ꝛ aqua rosacea ydromelle vel syrupo acetoso paruq; syrupi de pomis lābendo deglutiri; vel paꝝ masticis aque matianoꝝ adiecti; faciēq; illius qui euomit rodostomate elui vel aceto aqua permixto vt grauitas que qnq; capiti p vomitū euenit sopiaꝛ, cauereq; eundē a potu aque simplicis. quietem eidē iniūgere. hypocūdria eiusdē illiniri. balneū ingredi. ablutūq; celerius egredi. hora refectiōis alimento suauis saporis. bone sube. celeris digestōnis. eundem resumi pceptū ē. quasdā q̄z obseruatiōes bnidas in vomitu Theodorus Priscianus adducit; nā vomitus corpa aliqñ infundit ꝛ relaxat. aliqñ astringit ꝛ desiccat. si quis itaq; relaxare corpus ꝛ mollire ventrez voluerit post cibos vni⁹ aut duaꝝ horaꝝ interstitio dimittaꝛ vt oē infundat corp⁹ ac ceptis dulcibus ꝛ hūidioribus cibis, deinde ꝯpetēter vomitū exerceat. Si qs vō desiccare. corpus ꝛ ventrem astringere voluerit statim post cibos iactare se nō differat priusq̄z eoꝝ succus ad ad interanea ventris descendat ita vt tūc viscidiores. i. mordicatiuos linguamq; pungentes. acuti saporis. ꝛ salsiores cibos prius coganꝛ accipere.

¶ De Sternutamento.

b Oc in senioribus bone valitudinis de qbus sermo est nequaq̄z excitādū ē; imo quoad fieri pōt fm ei⁹ cām tanq̄z senectuti difficilē cohibendū. sunt eni seniores imbecilles nec sine difficultate sternutare queūt vt scribit

Aristot. cuius cā est quia eleuare partes capitis supiores eoꝝ pondere nequeūt cū cerebrū in hoīe ponderosum sit ⁊ magnū quas tū eleuare in sternutamento oportet. Hūt q̄z senes musculos ad motū sternutamenti nccios imbeciles satis sicuti sūt musculi pectoris, gule, ⁊ faciei, coadiuuātibus etiā his q̄ vētris sunt ad diafragmatis sustētaculū.

Ⅽ De Dentiscalpio ⁊ Dentisrictione.

b Is instrumentis qm̄ pallatum gingiue ⁊ dentes expurgant in regimine senectutis aliquibus horis vti iubent. eligendūq; ad hoc lignū veluti accōmodatius cuius natura stiptica sit amaritudine participans: sicuti est cortex radicum nucis. ramusculi. dactilorum cupressi. aut mirti. Locus aūt corrosiōis dentis mundificari cū fustibꝰ ramuloꝝ p̄sici aut cū lentisco vel cū pēna sicuti poeta ait:

Lentiscum melius sed si tibi frondea cuspis
Defuerit: dentes penna leuare potes.

Dentes abstergere pāno lineo aqua rosacea vel vino nō dulci p̄humectato, defricariq; eosdem puluere dentiū vires reparante: sicuti ex squinanto, zinzibere, rosis, rasura, eboris, pumice, ⁊ carbonibus nouissime factis ex lignis ⁊ puluere terreo vasoꝝ quorundam fictiliū preceptuz est. Usum tū frequentiorem hoꝝ damnauere. den tes eniz deturpant vt aiunt: ⁊ gingiuas excoriant. Refert Rasis defricatiōem cum corticibus nucum dentes abstergere, rigidosq; efficere si temperate fiat. gingiuas corroborare, pinguedini conferre, ꝯcauitates in eis fieri cohibere, oris halitum iocundiorem prestare. caput atq; os stomachi licet perpaꝝ subleuare. quā cum corticibus arboꝝ stipticitatez habentiū ⁊ amaritudinem fieri prestat. Plurima autez si hmōi fiat defrictio dentiū auferri splendorez. quapropter consultum est ne sepius: nam ea celerius fit multitudo sordium. dentesq; ꝯquassari. gingiuas attenuari imbecillesq;

fieri.ferunt quoqꝫ dentes circumscalptos stafylino.i.pasti nacha erratica dolore liberari.

¶Dentifrictiū dentiū incolumitatē efficiēs in senibus.

a Ccipe cornuceruini adusti cipi rosaꝝ spice añ drac. vnaꝫ salis gēme drac.sex.tusa omnia hec cribellato eisqꝫ cōmixtis dentes defricato. His itaqꝫ cōsimilibusqꝫ modis cuiuscunqꝫ senioris membroꝝ superuacua insueta expurganda quoad fieri poterit incumbendū iubent:nam per insensibilia loca non modo superuacuoꝝ purgatiōem imo ꝛ per sensibilia fieri debere preceptum est.tum ꝓpter membri principatum. tum propter densitatem cōtinentis ea corporis vt cerebrum quod domū rōnalis anime Galienus appellat. quod ab osse ꝯtinetur depressum.ideoqꝫ per nares.palatū.aures.ꝛ ꝑ suturas caluarie.eius purgātur superuacua. tum propter certitudinem actiōis vt oculus quem purū esse oportet.quod enim in ipsū ex cerebro effluit ꝑ nares ꝛ palpebras expurgat̄.insensibiles vͦo euacuatiōes alias q̄ ꝑ exteriores cutis poros fiunt:a nāli calore agente vsus exercitij quātitate tempatus efficit.vnū eni iuuamētoꝝ exercitij vt suo dictū est loco est supuacua in corpe aggregata ad quoꝝ expulsiōem natura est impotens.attenuare.dissoluere.in fumūqꝫ ꝯuertere. ꝛ hoc mō insensibilr̄ ꝛ occulte euacuare. Initiū vͦo vniuscuiusqꝫ supuacuoꝝ euacuatiōis eē dicūt post ꝯplementū digestionis illius a q̄ resecat̄.tūc eniꝫ segregatū est purū ab impuro:q̄ fit vt corpus egeat ipuri expulsiōe ne in corpe ꝑsistēs perturbans tristiciā afferat:imo supuacuoꝝ in corpe dū eoꝝ expulsio instat nulluꝫ est retinendū ꝑcipue inquā eoꝝ q̄ ꝑ vrinā ꝛ secessuꝫ expellēda sūt.ex retentiōe.n. vrine mingēdi fit difficultas.egritudies q̄ꝫ vesice ꝛ ꝑtib⁹ adiacētibus euenire insuete.retēta vͦo egestio ventositatē.tenasmonē. colicā.appetētie destructionē.stōachiqꝫ fastidiū adducit.

De retentione euacuationi opposita. Ca. xli.

c. Onstipatio. ebrietas. opilatioq̄ ex eis sunt q̄ retentõem includentes siue repletõem p̄supponētes euacuatõi opponunt quar̄ obseruatio i regimine resumptiuo b̄nda est. Eā itaq̄ ꝯstipatõem senibus indicūt sic ꝛ ceteris etatibus cuiuslibeat ꝯplexionis ꝛ in oībus regionib⁹; hyberno p̄cipue tp̄e qua vtit̄ retētiua virtus dūtaxat quoad corpi eiusq̄ incolumitati in ꝯseruando corpis humiditatū radices auxiliat̄. ipsam nāq̄ nihil aliud esse q̄ victoriam virtutis retentiue ꝑdunt. Attn̄ qa interdū ꝯstipatio noxia est eo q̄ superuacua retinet cū cibis aut medicinis aluo aut vesice impantibus quor̄ notio iam p̄cessit ꝯstipatiōis nocumēto resistendū est. nam vt inqt Auerrois res q̄ nota biliores sunt in vsu senectut̄ ille sunt in qbus virtus stiptica nō repit̄ eo q̄ ambab⁹ q̄litatib⁹ resistūt ei qd̄ q̄rit̄ i eis.

De Ebrietate.

e Brietatem q̄ȝ qua sit agitatio quedā instror̄ sensuū eam nōnunq̄ senioribus nāe frigide tp̄ibus frigidis ꝛ in regione septentrionali Albuc. ꝯcedit. q̄ delectatiōem nō aufert. nā dolorib⁹ grauibus opem p̄bet. nō tn̄ ea qua oīo rōnalis amittit̄ opatio. q̄ si crebra fuerit; mala est ꝛ noxia senib⁹. corpus. n. reddit imbecillius neruosq̄ emollit. de qua sufficient̄ sermo hitus ē dū de vino agebat̄. c. xvij.

De Opilatione.

r Eliquū est vt ad cobibendā opilatõem regimini resumptiuo plurimū aduersantē accedam⁹. siue ea sit quā crassities humor̄ efficit. siue ea quā viscositas. aut ea quā multitudo. n etsi q̄ a vino euenit opilatio moderata sit ꝛ leuis; illa tn̄ q̄ ab alimentis viscosum ꝛ crassum humorē dantibus nō facile est sanare. Senes itaq̄ auctore Ga l. ꝓhibeant̄ ab esu condri qd̄ est frumēti gen⁹ satis alibi le; viscosuȝ tn̄ dans alimentū; casei q̄ȝ ꝛ ouor̄. p̄c ipue nō recen

tiū trementiūue.coclea℞.bulborūq;.lenticule ⁊ suille car
nis alimēto:multoq; magis anguilla℞ atq; ostreo℞.⁊ oio
eo℞ q̄ durā ⁊ indigestibilē hn̄t carnē. ideoq; dure carnis
piscib⁹.ceruina.bouina.caprina.bubala.carne non vesci se
nes p̄ceptū est⁊ oio abstineri ab opilātib⁹ alimētis.aduer
sariq; opilatōi siq̄ est in senib⁹ ab humorib⁹ crassis eueni-
ente vsu eo℞ q̄ dissoluūt atq; attenuāt: vt eo℞ expulsionē
facilē efficiāt ⁊ huic dispositōi epithimū admodū idoneū
est.egritudines.n.opilationū aufert. ꝯsistentibus ⁊ senib⁹
vtile vt ait Auic.estq; attenuatiuū.dissolutiuū.hētq; visce
rū virtutē totonitā siue ꝯfortatiuā. opilationi v̄o q̄ ex te-
nuioribus viscosis tn̄ p̄scindētia. nā talia inter humores
viscosos ⁊ mēbrum cui adheserūt penetrātia scindūt ⁊ int̄
illa sepatōem faciūt secātq; ipsa ad p̄tes vsq; p̄uas. visco-
sum.n.opillat pp̄ ea q̄ adheret vt ait Auic.⁊ h̄ ob suarū
partiū ꝯtinuitatē.differt enim crassum ⁊ viscosum sic glu-
tem liq̄dū ⁊ lutū. viscositati tn̄ ⁊ crassitiei senectutꝫ vnice
aduersandū est frequentiori vsu aceti sq̄litici aut oximel-
lis sq̄litici ceu gustui gratioris.opilatōi v̄o ab humo℞ mul
titudine venienti p̄cipue cū alia nō fuerit causa cōplicata
resistendū est remotione multitudinis illius. flobotomia.
ventris fluxu.vel alia ꝯsimili singulari euacuatiōe. Quia
tn̄ opilatio in sua rōne formali clausionē vie includēs suo
ꝯtrario est amouenda ideo aperientia huic ꝓposito pluri-
mū inseruiūt p̄cipue q̄ eā passionem senes facile incurrūt
q̄ stranguria appellat̄.⁊ fit cū guttatim micturiunt. Lau-
darūt.itaq; talia sicut diacalamentū.diatrion pipeon.⁊ pi
per tusum vino adiectū vt Auic.tradit.alei ⁊ cepe mode-
ratū esum.si ho℞ comedendi fuerit ꝯsuetudo. tiriacā q̄z se
nioribus vtilē ꝓprie cū in eis opilatōes euenerint.athāna
siā.ꝯsiliter ⁊ homorusiā. Post vsū v̄o ho℞ enū corpa le-
nire balnei imissione oleo ⁊ alimentis sic aqua carnis in

farre ꝛ hordeo. Refert tñ Auic. vsuȝ hydromellis senibus perq̃utile. eo enim tuenť a casu in opilatõem. si ṽo opila-tio in aliquo singulari fuerit mẽbro remouendã iubent cũ eis que vnice illi appropriant: sicuti opilationes meatuuȝ vrine. semine ꝛ radice apij. aut cũ fortioribus si fuerit pe-trosa sicuti cũ petrosilino. si ṽo in pulmone: cũ aliquo qđ sit sicuti hysopus. capillus veneris. cassia lignea ꝛ silia his sicuti est rob quod sapã siue dulcorem aut carenũ ꝛ veriꝰ defrutũ appellant. iuuat enim ad spuendũ vt Auic. tradit. Qua in re meminisse ꝯtinuo oportet ꝙ seni bñ valẽti neqȝ q̃ruloso attenuatiua dũtaxat dieta vt frequẽtiꝰ sufficiẽs ẽ.

¶ De anime passionibus in regimine resum ptiuo obseruandis. Ca. xlij.

n

On debet gerentocomus corpi senili dũtaxat subue nire: ꝟ ꝛ menti atqȝ aĩe vt Cicero inqt. nã hec q̃ȝ ni si tanq̃ȝ lumini oleũ instilles extinguunť. senioꝝ enim cor-pora exercitationũ defatigatõe ingrauescunt. animi ṽo se exercendo leuanť. Quinimo tanto magis aĩe q̃ȝ corporis exercitio in regimine resumptiuo incumbendũ est q̃ȝto aĩa ꝑfectior est corpe illiqȝ dñať. affertqȝ illius exercitiũ vires q̃ȝtitate adeo vt pleriqȝ solo gaudio a lãgoribꝰ sanati sunt. Sic itaqȝ pro tuenda eoꝝ salute ꝛ vita ꝓlongãda volũta-rie q̃ȝtum ad ea q̃ corpori attinẽt medico senes obediunt: ita ꝛ quo ad ea q̃ sunt aĩe passiones itidẽ faciant eo magis qa corpis ꝯpositio ꝛ natura q̃ oĩa medicus nitiť ꝯseruare aut rectificare aĩe actiones imutant sicuti auctor est Gal. Qđ si passiones ille acquisitũ aĩe moreȝ comitenť difficile erit seni in illis medico obedire. ideo legibus. castigatõibꝰ aut philosophia ad ꝯ̃rium eum ducẽte (nõ facile tñ) coer-cendũ esse ꝑcipiũt. Et qa intem̃pantia haꝝ passionũ quas medici aĩe dicunt eo ꝙ lȝ primo sint totius ꝯpositi: princi palius tñ aĩe q̃ȝ corpori attribuunť vt tradit Auic. ꝛ eius

precipue partis aie q̄ dicitur appetitus: sicuti sunt ira. tri-
sticia. gaudiū. furor. timor. inuidia. et sollicitudines extermi
nant et mutāt corpora ab ea que est s̄m naturā cōsistentia
vt Gal'. scribit. Ideo temꝑantiā siue qualitatē hoꝝ in regi
mine resumptiuo eligendā senibusqꝫ indicendā ꝓceptū est.
cum aūt haꝝ passionū genera gaudiū sint et tristicia qui-
bus associant᷑ aut comitantur spirituū motiones intro fo-
rasue. gaudiū illud senibus vtile affirmāt. q̄d animi et cor-
poris angore siue cruciatu quocunqꝫ repulso ad hilarita
tem ducit. pigritantibus et tristibus iuuamentū prestat se-
nioribus proprie nature frigide tempore frigido et in regi
one frigida sicuti Albuc. tradit. Tali nāqꝫ gaudio spūs vi
talis et caloris successiue fit ordinatus exitus amplitudine
illius et caloris dilatatione a corde ad singula mēbra: qui-
bus mēbra repleta extendunt᷑. Corpis pinguedo atqꝫ cor
pulentia increscunt. precipue extenuati ob tristiciā. senilis
corpis equant᷑ humores propellitur dilataturqꝫ calor ad
extima vsqꝫ corporis. Propter q̄d precepit Rasis senes
exercendos esse in his q̄ delectatiōem inferūt. nā quecūqꝫ
cogitationū aie gaudiū infert eadem robur viribus tribuit
atqꝫ nām excitat. estqꝫ illi adiumento in oī eius actiōe oī-
bus sanis prestans. collocatur quoqꝫ in eaꝝ rerum nume-
ro quibus exhumectat᷑ corpus. digestionem bonā efficit:
sicuti ecōtrario tristicia concoctionē corrumpit et destruit
propellit quoqꝫ gaudiū sanguinem ad cutim cū dilatatio-
ne et sparsione. ideoqꝫ causis colori splendorem cū rubore
afferentibus annumeratur ab Auic. Equale tū̄ et tempera
tum gaudiū senibus iniungendū preceptū est. si enim mo-
dū excedet eo ꝯtingēs est seniores corde ībecilles paucīqꝫ
caloris et spūs emori ex nimio gaudio subito enūtiato quā
rem plura exempla iam diu notā fecere. Euenit autem id
auctore Gal'. propter exalationez spūs fere totius a corde

vsq; ad extima corporis protinus impulsus. Alias autem aïe passiones que spiritus & calorem ꝯsimilit' gaudio mouent motu leni & paulatim senes allici: sicuti sunt spes. et amor. modũ nõ excedentes. aiũt eniз senem deducere ad dispositiõem adolescentie quo siquidem nihil prestantius in regimine resumptiuo. sicut nãq; adolescens in quo seni le aliquid sic senex in quo aliquid adolescentis probat' vt inqt Cicero. id. n. q sequet' corpe senex erit: aïo nunq; erit Spei aũt & amori animi securitatẽ quoq; addendã iubẽt. implet enim corpus animi securitas vt inquit Cel. mẽsq; quieta ex eis rebus est que vitã beatiorem faciunt vt auctor est Martialis. Spem aũt dico moderatã: nã imoderata spe corpus inaret. amorẽ quoq; superuacuũ rẽ quandam preter naturã esse senectutem celerius debito adducentem suo visum est loco cap. tertio. Iram consimiliter ex anime omnibus passionibus gaudio cum suis complicibus excepto que sub genere tristitie collocatur eam senioribus nature frigide hyberno tempore & in regiõibus frigidis regimini senectutis accõmodari ꝑcipit Albucbasis. qua increscit pinguedo & transmutatus restituitur color naturali continentia compescenda. eam vero que superfluit abdicauit: precipueq; & omnem post cibum ꝯtentionem animiq; agitationem veluti senibus inutilem non modo imo & noxiam: nam his incenditur senex. fit color citrinus. tremor. anxietas. febris perniciosa. Si vero ira moderata fuerit timidis complexiones frigidas habentibus confert: nam sanguinem ad extrema impellit. ruboreз efficit. venas opplet. sudorem adducit. In temperamento itaq; harum passionum quod equalitatem morum appellant animi & corporis simul tutela & resumptio ꝯsistũt. sumitur autem temperamentum tale a causis extrinsecis has passiones adducẽtibus: penes quaꝝ dñiam in corpe

109

senili effectus variari ꝯtingit ⁊ in hunc modum ea passio eq̄litati erit attinēs q̄ resumendū senez nō alterabit altera tione exterminante ꝫ potius reficiente seu resumente.

¶ De quibusdā accidentibus sensibilibus passi onibus anime annexis quoꝝ effectus obseruan di sunt in regimine resumptiuo.

g Audiū nō mō, spes, ⁊ amor, cū equalia fuerint sene ctutis molestias abstergunt, verūetiā eandem mol lem ⁊ iocundā efficiūt qꝺ ⁊ operanᷣ pleraqꝫ alia eoꝝ apti tudine ⁊ ꝯuenientia idem significantia. De quoꝝ summa suaues apprehensiones ſm vnūquenqꝫ sensum obiectoꝝ sensibiliū iocunditatem sensibus afferentiū esse ꝓhibent eo ꝙ motū suauem spirituum inseruientiū virtutibus sensiti uis adducentia gaudiū imprimūt.

¶ De afferentibus delectationem auditui senioꝝ.

n Ecqꝫ musica armonia regimen senectutis carere vo luere. q̄ quidē ꝯsistit in modulatione cantus ⁊ soni seniles aīos allicientium seni cuilibet quocūqꝫ tempe ⁊ in quaqꝫ regione accōmodata delectari siqdez mulceriqꝫ ea aures senū, veꝝ et aīam ferūt. hēt nanqꝫ musica vim gran dem nō mō aīam rōnalem imutandi imo ⁊ sensitiuā q̄ bru toꝝ est, ⁊ corpa humana. ideoqꝫ ad inducendos aīos ad salubres mores auctore Albuc. olim ars musica adinuēta est. aīam enim nā delectari musicis armonijs ꝓdit Aristoṫ pꝑ qꝺ in ritbimo ⁊ cantu ⁊ oio ꝯsonantijs gaudēt oēs eo ꝙ in motibus q sunt ſm nām gaudemus ſm nām. Causaz aūt huius dicunt esse armoniā q̄ꝺdam nobis ꝯnaturalem ad silitudinē numeri ꝯsoni ꝯstructā auctore Platone. quā sniam sequens Aug. religionis nr̄e exemplar singulare, q Platoni pro virib⁹ adhesit (excepta fide) inqt: Nō est ar monice ꝯpositus q armonijs nō delectat. Signū aūt eius qꝺ est nā gaudere hoiez armonijs esse aiūt, qa infantibus

Armonia ⁊ delectatio

de Armonia

mox cum nati fuerint contingit cantu gaudere demulcentibus nutricibus infantiū aīos ad somnūq̃ eos allicientibus triplici instr̄o vt Gal'.tradit: ꝓpositionis vz mamillarū ad os.melodia vocis.ꝛ motu.Amplius ꝛ aīe langores armonia curari inter auctores ꝯuenit:vt liceat illud Platonis in thimeo: Potentissima artiū musica est.ꝛ mirificam habet virtutem armonia ad mitigandos dolores animarū humanarū ꝛ ad letificandas ipsas:imo ad oēs passiōes ingerendas eisdem:ita vt dici possit sic se hr̄e tonos siue cātus ad langores animi sicuti medicinas ad egritudines corporis.Gaudēt quoq̃ cameli ꝛ muli onerati ꝛ confortantur ductorū ꝛ mulionum cantu sicuti Albuchasis refert.ꝛ sicut aīam imutat musica armonia ita ꝛ corpa.tradit enim Auic.q̄ de operatiōibus sanguinē ad summā cutē mouentib⁹ sunt sicuti cantilena cū instr̄is. fert̄ q̄z Asclipiadē medicū freneticū quendā p̄ symphoniā p̄stine sanitati restituisse.ꝛ Dauid a sp̄ū imundo. Saulē arte modulationis eripuisse.

¶De ꝯmoditate ꝯfabulationū ī regimine resumptiuo.

c Onfabulatōibus nō mō ad somnū senes induci verū etiā eisdē sp̄ūs ꝛ sanguinem augeri.concoctōem p̄fici precipue assumpto cibo ante horā cubitus senilez aīam exhilarari.eamq̃ diuerti a tristantibus cogitatōibus confessum est:quo in gn̄e regem ꝛ ludum assignāt que(vt ait Aristot̄.) in vita sunt nec̄cia. Fiet aūt id oē si earū rerū erit ꝯfabulatio q̄ senior aīum demulceant.cum enim fm pluri mū p̄teritorū sit ꝯfabulatio si de operibus bene acte vite senis extiterint ita vt ei⁹ laudent̄ opera senibus nulla cōfabulatio neq̃ gratior neq̃ accōmodatior excogitanda est. mos eniz senū est de seipsis gloriari vt ait Cicero:placida q̄z ac lenis senectus est qete ꝛ pure ac legant̄ acte etatis. Qm̄ aūt q̄t sunt hoīes tot(vt aiūt) sn̄ie ꝛ opiniones atq̃

cupidines: ideo variande sunt ꝯfabulationes in regimine resumptiuo iuxta appetentiā senis illius cuius inquirit̃ re sumptio. alios enī senes delectāt alia ꝛ alia studia. quosdā qdem agricultura q nulla (vt fert̃) impediunt̃ senectute. alios historie. amantiū passiones. pugnantiū rixe. castroꝝ expurgatões ꝛ hmōi. quoꝝ recitatores siue cantores bar dos gallice appellant: q vꝫ viroꝝ fortiū laudes canunt. in his ēt oibus gaudet magis loquēdo q̄ꝫ audiendo. senect⁹ enī est nā loq̄tior vt liceat fateri illud poeticū: O sola for tes garrulitate senes. Et oio ex varia senū nā euenit vt eo rū sit inclinatōis diuersitas in eo qđ est delectari ꝛ gaudē alijs ꝛ alijs nō ꝯfabulatōibus mō ħ ꝛ enigmatib⁹ qbusdā oblectatorijs scibilibusqꝫ īterdū phisicis. aliqñ theologicis nōnunq̄ꝫ vō rethoricis. senioꝝ enī qdā bonū nāe sequētes magis ꝛ studiū vt Albert⁹ refert quoꝝ ꝯplexio spūs ꝛ ca loris subtilis ē ꝛ humoris luminosi nō ꝯstant̃ p frigidū cō gelās. neqꝫ turbata p calidū ꝯmiscēs. diuinis ꝛ subtiliori b⁹ reb⁹ delectant̃. quoꝝ vō imaginatiōis organū optie p̄ paratū ē ad figās tenendas p tpate siccū ꝛ ꝯplexiōale nō ꝯgelās frigidū ꝛ intellect⁹ ad imaginatōeꝫ reflexus est. hi doctrinalib⁹ ꝛ mathematicis gaudēt studijs ꝛ hmōi. quoꝝ aūt medullosū ꝛ bñ plenū ē organū sensus cū spū lucido ñ ꝯmixto neqꝫ pigro pcōgelans frigidū ꝛ organū imagina tōis eꝫ. nō erit figās bñ retinēs ꝛ intellectus erit reflexus ad sensū. hi gratas hñt speculatōes nāles circa nālia ꝛ mo bilia p̄cipue qa in q̄libet nāli q̄ꝫtūcunqꝫ mobili ē aliqđ diui nū ꝛ mirabile. quoꝝ aūt ꝯgelati sunt spūs ꝛ nō bñ clari pp frigus inspissans occupant̃ circa signa rethorica ꝛ in ipis hñtur neqꝫ pfundant̃ in aliq̄ veri speculatōe. Cōfabulatio aūt tāto senib⁹ erit gratior q̄ꝫto fabulator seu recitator illi us pspicacis erit īgenij. in rithimis ꝛ versib⁹ ꝛ oio in gene rib⁹ caꝝ ꝯfabulationū qbus delectari ꝯsueuit resumēdus

senex plurimũ eruditus, sitq̃ cautus in prolongãdo ꝛ abbreuiando, ꝯtinuando, ornando, ordinandoq̃ s̃nias iuxta oportunitatẽ; ita tñ ne ꝓlixitate sermonis varietur ꝯfabulatõis intentio. Sit corculus. i. solers in ꝯperiẽdo ea q̃ risuȝ adducunt, scrutator historiarum atq̃ sermonũ delectabiliũ, sitq̃ obseruator modorum recitãdi absq̃ vultus aut effigiei mutatõe, sit facetus, vrbanus, articus. i. bonis instructus artibus, curialis, euitet blacterã. i. stultã aut ꝑcupidã elocutionẽ, nõ atticiscat neq̃ sicilissat. i. simul loquatur: vtatur tñ aliqñ verbis blanditelis, aliqñ cauillatione. i. iocosa calũniatione, sitq̃ potens sustinere vigilias vt his oĩbus ꝯcurrentibus res assumat plenitudinẽ gaudij. q̃d equidẽ ꝑpulchre fiet si senex vt nature delicatior est, ita patientius toleret ꝯfabulatorem secum morantem.

¶ De Confortanticis. i. confortantibus seniorum visum.

Spiritus visui inseruiẽtes moderata luce veluti suo sili gaudere inter auctores ꝯuenit eo q̃ ipsi vel sunt lux aut saltem effigieȝ lucis gerentes. imoderata ṽo sicuti ꝛ splendore nimio ledi. dissolui. disgregari. seniorum ꝑcipue visum quorum iam minor est. ipsa caligant lumina ita vt vix visu noscere certa queant. Egent itaq̃ seniores ad visus reparatõnem siue custodiã alio euelpide q̃ olim maximus fuit ocularius medicus. egent q̃ȝ intuitu quorundã colorum luci mediocri ꝑticipantiũ visumq̃ reꝑantiũ: sicut ex multis est color grane tinctorum quẽ coccũ dicunt. arabice ṽo kermẽ. qui q̃dẽ color in rosis micat. gratius nihil tradit aspectu vt inquit Pliñ. siliter color ametisti q̃ est color gẽme preciose coloris violacei. ꝛ color florum malue. color q̃ȝ luteus ꝛ est color florum genestre seu vitelli oui. huic enim colori honorẽ antiquissimũ in nuptialibus flãmeis totũ feminis cõcessum fuit. colore tñ smaragdino ad spũum visui inseruientiũ disgregatorum ꝯgregatõeȝ. siliter ꝛ colore ciane o

is est medius inter viride ⁊ nigrū. senioꝝ visum roborari inter omnes auctores ꝯuenit, ledi aūt albedine ⁊ oio splē dore nimio, senectutiqꝫ ꝯducere intueri frequentius obiecta visibilia venustate speciosa. Refert enim Auic. ꝙ ex rebus colorem bonū faciētibus cū splendore sanguinem ad cutem mouēdo cū sparsione est aspicere qđ delectat, ⁊ sedere cū pulchris decenter indutis ⁊ aspicere ad spēs litigantiū de pignoribus in victoria ⁊ iurgiū ⁊ alia.

¶ De Conanticis Olfatum senioꝝ.

r Es odoratissimas quas aromaticas dicūt senectuti salutares p̄dicāt, eaꝝqꝫ iuuamētū ⁊ ꝯuenientia nāe hūane eē nō vulgaria eo ꝙ cordis icolumitatē p̄stāt ita vt solo odore aiaȝ siue virtutē reparari affirmēt: eo ꝙ ipi spiritibus q virtutū sunt latores alimentū prebeāt, quoꝝ proportiōem ad virtutes ipas esse sicuti ꝓportiōeȝ aeris preparati ad recipiendū lumen ꝓdūt, inclinariqꝫ spūs ad aromatizitatem, repari, refocillariqꝫ ex ea, et inde ꝓculdubio virtutū vires increscere, propterea prestans eē seniores q etate iā ꝓcesserūt vti rob odoratissimis faciē ⁊ caput insicientibus atqꝫ suffumigationibus Rasis iubet. Neqꝫ existimandū est odoreȝ bonū in regimine resumptiuo recipi luxus dūtaxat inducendi gr̄a: q ꝓfecto supuacuus eēt nisi iuuamentū notū pre se ferret ad resumendos senes, eteniȝ odorē q gerit ipse nō sentit imo alienā potius ꝙ̄ȝ gerentis voluptatē facit vt Plinius auctor est. Aromaticū auctores appellare ꝯsueuerūt oē qđ ex gn̄ibus floꝝ odoratissimū est, cuius nām calidā eē Gal. scribit: lȝ oio hoc veꝝ nō sit: sicuti apparet de rosa, viola, mirto, nenufare, amplius et de cāphora, ⁊ sandalo, videnť aromata nomen traxisse vt est apud Diascoridem vel ꝙ aris imposita diuinis innocationibus apta videantur, seu quia aeri inseri ⁊ imiscerí probantur. Nam quid est odor nisi aeris contractus.

Ex simplicibus aũt odore suo senio opẽ ferẽtibus ex mul tis sunt in p̃mis. xiloaloes. q̃d lignũ aloes dr̃. calide ꝛ sic ce nãe ad gradũ vsq̃. ij. senibus p̃cipue nãe frigide hyber no tp̃e ꝛ in regionibus septẽtrionalibus plurimũ auxiliari ita vt eo etiã increscãt ꝛ multiplicent̃ sp̃us vitales Albu. tradit. est siquidem sub̃e tenuioris. opilationũ aperitiuũ. vẽ tositatũ discussiuũ. sup̃uacuitatis hũide ↄsumptiuũ. viscer̃ p̃cipue iocineris. stomachi. ꝛ cerebri. atq̃ neruor̃ viriũ re paratiuũ. fetorem oris emẽdat. eligendũ est ex eo nigrum põderosum. Et musco est sua gl'a cũ ꝛ ip̃m laudatissimi sit odoris calide ꝛ sicce nãe ad gradũ vsq̃. ij. quo cerebri et cordis augescũt vires. seniorib⁹ p̃cipue nãe frigide hyber no tp̃e ꝛ in regiõibus septentrionalibus plurimũ salutare affirmãt. Ambrã ↄsimilit̃ cuius naturã calidã in gradu. ij. siccã aũt in p̃. cuius tenuitate ꝛ calefactiõe cerebro ꝛ sen sibus adiutoriũ optimũ eẽ predicãt. audaciã excitar̃. sp̃us multiplicare. ideoq̃ ea resumi seniores nature p̃cipue fri gide ꝛ hũide hyberno tp̃e ꝛ in regiõe septentrionali. His oibus liliũ eẽ annumerandũ auctor est Albuc. cũ hoc eni q̃ rose nobilitate proximũ est. sui etiã caliditate ꝛ siccitate adiunctaq̃ aromaticitate p̃cipue celeste ꝛ eiusdem ꝓprie radix cerebri sup̃uacua dissoluit. eisdẽ senioribus salutare scribũt. cui ꝛ pleraq̃ alia odore iocundo flagrãtia veluti cortex citri annumerari p̃ceptũ est. Et oio q̃a senilia cor pora vt'inq̃t Aly Rodoã sanguine ꝛ sp̃u sunt diminuta in digẽt senes illor̃ refectiõe. gaudio. ituitu rer̃ delectabiliũ sicuti. celi. stellar̃. aque. ꝛ coloris boni. strato albo. ꝛ vasi bus p̃tiosis aureis aut argenteis p̃cipue q̃bus porrigit̃ ci bus ꝛ potus. nõ aũt vasibus eneis: oportet enim auctore Auic. caueri ab vsu dimittendi esculenta queq̃ in quibus est salsedo. aut amaritudo. aut pinguedo. sic̃ sunt olera et carnes. aut acetositas. aut dulcedo. in vasibus eneis. aut

bibendi ex eis. ipsa enim proculdubio efficiūt ziniariam ꝛ ziniar venenū est. Indigent q̄z senes eis que aie delectatiōem afferūt ex narratiōibus ad risum ꝛ leticiā adducentibus. ex suffumigatiōibus ꝛ odoribus iocundioribus. vt nullo penitus genere hilaritatis abstineāt. in q̄bus oībus senilē animū interstitiōe aliqua negocioꝝ data laxari. indulgeriq̄ȝ prestat, ea tñ rōne ne ſm passiōes viuentes senes perpetrando turpia aliqua labant̄ ita vt verecūdi habeant̄, nam etsi iuuenem verecundū laudemus senem tñ nequaq̄ȝ. ethicoꝝ. iiij.

De admittendo ꝛ ꝓhibēdo venereoꝝ vsu in regimine resumptiuo. Ca. xliij.

a Venereoꝝ vsu seniores simpliciter arcēdos iubēt. eosq̄ȝ celibem. i. dignā celi vitā agere prestat. cū eni in eis vt peritiores dicūt ex orificijs venaꝝ ꝛ arteriaꝝ minutaꝝ existentiū in ambitu totius corꝑis ad testiculos et vasa seminaria nō resudet suꝑuacuū aliq̄d de quo sit curā dū ꝓpter senes multo minus restaurari q̄ȝ dissolui, sicuti etiā euenit in multū abstinentibus cibo si seniores coeant. accidet ex seminis effusiōe qualecūq̄ȝ sit in testiculis eoꝝ. testes superflue euacuari ꝛ exinde attrahere a toto corꝑe id q̄d suꝑuacuū nō est sicuti ventosa. cui rei plurimū adiutoria est partiū genitaliū frictio superuacua eoꝝq̄ȝ excalfactio per frequentiā coitus acquisita. Ablato itaq̄ȝ imo verius rapto alimēto a mēbris senioris ꝓximo coagulationi q̄d iā fere stat loco deperditi; cū ip̄m semen sit suꝑfluitas vltimi alimēti vtilis accidit inde mēbroꝝ sub̄am minui de siccariq̄ȝ ꝛ vniuersum corpus senile imbecillius fieri q̄ȝ ex effusiōe cuiuscūq̄ȝ alteri⁹ suꝑuacui; imo magꝫ q̄ȝ ex flobotomia. rapit̄ siq̄dē vt dicebat̄ a mēbris ꝓximū coagulatōl alimentū. Q̄d quia in coitu fit etiā exuberans euacuatio spirituum virtutum latorum qui ex coitus multiplicata

delitia foras eijciūtur cū semine ꝛ ꝑ oēs corꝑis poros si-
cuti in gaudio accidit virtutes deficere que spiritibus in-
digebant veluti proprio instrō: imo euacuato calido ꝛ hu
mido quibus consistit vita seniorum accidit inde festina
mors. Constitutis vō in pma senectute ꝯcubitū nō oio sic
senioribus interdici preceptū est. pp virtutes primoꝝ se-
nū nō eē ita imbecillas neue cū tāta frigiditate ꝛ siccitate
corporis. rarius tū eius vsus eisdez est iuuātior. pp qd ꝛ
cū nō mediocri cautela eisdem iniūgendus. Id vō oē cō-
firmat Halyabatis snīa li. 8. sue theorice. cuius verba sūt
hec: Grandiores minuant a coitu q̄tuz possunt: senio res
q̄z caueant coitū oio. nō eniz ex dictis imanifestū est etate
iuuentutis ꝛ adolescētie exceptis coitū alijs etatibus plu
rimū noxiū esse. pueros qdem impediens ad augmentum
senes vō trahens in decrementū. qd si quouis mō ꝯcubi-
tus senibus ꝑmissus sit ex tanto interuallo actus ille exer
cendus est quo vtens senex in illius vsu virtutis imbecil-
litatis aduentū nō sentiat. his eniz nō inutilis est quē cor-
poris neq3 langor neq3 dolor sequit. idem interdiu peior
est: nocte tutior. dūmodo neq3 illū cibus neq3 hūc cū vigi
lia labor sequat. neq3 estate neq3 autumno vtilis: tolerabi
lior tū ꝑ autumnū. estate in totū si fieri pōt abstinendū: dif
ficile tū est in senibus sicuti ꝛ in alijs etatibus concubitus
vsum metiri nā freno (vt aiunt) sobrietas absorto ad eius
actū pp delectatiōem maximā ꝑuenit. ideo circa ipm mul
tifariā peccare ꝯtingit. virtus enim ꝯcupiscibilis auctore
Aristotele alijs virtutibus ratiōi minus obedit. cuius cā
etiam euenit ꝙ plus rationi obediens est iratus q̄ concu
piscens.

¶ De flegmatis superuacui in senio habundantis cura. Ca. xliij.

q Voniā humiditates flegmatice ꝛ extranee seniori

bus congeste exterius adherētes membris eoꝝ que rōne etatis iā inaruerunt eaqꝫ remoliētes frigus mortis ⁊ caloris naturalis suffocatiōem inducētes vitā breuē faciūt. ideo eaꝝ generationem ꝓ virili cohibendā eē ꝑceptū est. easdēqꝫ iā genitas quoad fieri pōt expellerꝫ. ꝓhiberꝫ siqdez eaꝝ aggregatio in primis adequatione regiminis resumptiui in sex reꝝ nō naturaliū generibus. de qbus iā suis dictū ē locis. ⁊ cautela eaꝝ reꝝ quaꝝ administratio eas humiditates adducit: sicuti vsum eē eoꝝ affirmāt q̄ opilatōnem efficiūt: sicuti leguminū. fructuū aquosoꝝ. recentium oleꝝ. pisciū. lacticinioꝝ. tritici cocti. ⁊ hoꝝ precipue imoderatus vsus. potus aque frigide crassioris ꝑsertim sube vsus reꝝ frigidaꝝ etiā crebroq ꝯtractaꝝ tactu: veluti sunt aqua rosea. camphora. cuius vsum accelerare canitiez auctor est Auic. opium. mandragora. nenufar. cicuta. His q̊ꝫ addunt somnū imoderatū. post cibū ⁊ adhuc magis interdiu q̄ꝫ noctu. ⁊ inebriari. crapulariqꝫ. cōcubitus superuacuus. oīa hec frequētiori vsu. Humiditati aūt extranee iā in eis aggregate aduersandū est eam vel rectificādo. aut absumendo cū equantibꝰ eā rebus digerētibus ⁊ euacuātibus q̄ vt opponanꝫ discrasie frequentius calida esse volunt. quo in gn̄e vsus mirobalanoꝝ kebuloꝝ ad intentōez hāc in magnis laudibus habitus est. quoꝝ vires sunt supuacua in stomacho ꝯtenta absumere. inarere sui stipticitate. stomacho tonātica sunt. sanguinē ab humore melancolico depurāt. ideo ⁊ melācolicis vtiles sunt. illumināt. carnis ⁊ cutis splendorē adducūt. ⁊ oīo calidis ⁊ frigidis nā senioribus mira quadā vi vt aiūt bezoartica auxiliari inꝫ oēs auctores ꝯuenit. ita vt ꝯtinuata quotidiana eorundē masticatio annua numero supueniēte adolescentiā cōseruet ad finē vsqꝫ vite vt auctor est Auic. ꝙ si haꝝ humiditatū ꝯgeries in senioꝝ pectore aut pulmone vt consueuit

extiterit. qui tussi quadã anhela quodã cũ sonitu tussiunt
fere senes oẽs salutare remediũ eẽ ferũt syrupũ de prassio
quẽ senibus ⁊ oĩo nã frigidis asmaticꝗ̃ senibus maxĩe fa-
miliari. mederi ꝑcipue flegmate crasso putrido auctor est
Mesue. Isopum q̃ꝫ pectori ⁊ pulmoni dĩsnia ⁊ tussi antĩ-
quis afflictis ꝯferre Auic. tradit. si vͦo cacochimia hec in
stomacho senioꝝ fuerit ꝯgesta siue aliũde defluxa: nã de-
scẽsus flegmati a capite ad stomachũ pluribꝰ accidit hõi-
bus ⁊ ꝑcipue Rome auctore Gal. ⁊ ĩ regiõibus q̃ ẜm dis-
positiõeꝫ eius humide sunt optimũ adiutoriũ eẽ ferũt vsũ
quorundã simpliciũ calidoꝝ ex aromatis digestiõeꝫ iuuã-
tibus: sicuti gariofili ligni. aloes. nucis muscate. galange.
cubebe. zinziberis. cinamomi. pipis. triũ geneꝝ calami aro
matici granoꝝ paradixi ⁊ hmõi. Ex ꝯpositis q̃ꝫ huic inser
uientibus negotio efficaciora habita sunt in primis zinzi-
ber zucaro ꝯditũ ⁊ cortex citri pari mõ ꝑparata ⁊ diãtos
flegma ⁊ melancoliã in cerebro ꝯtentã absumit. laudaue-
rũtꝗ̃ h̃ oĩa in vino dissoluta. deinde colatũ epotũ. sic eniꝫ
laudatiorẽ ꝯmixtionẽ putãt atꝗ̃ ad mẽbra singula pene-
trãdo facilĩꝰ vehi ⁊ in eisdẽ trãsmutari vt tandẽ humiduꝫ
flegmaticũ extraneũ in mẽbroꝝ foraminibus reptũ absu-
mat. digestiõis vires increscãt. ⁊ sanguis reparet. metiri
tñ iubẽt hoꝝ vsum ne seniores nãe ⁊ epatis calidioris sic
cioris ne magis incendantur ⁊ fere adurantur: quibus ali
quando gariofilum vino granatoꝝ acetosoꝝ vel muzoꝝ
ꝯmixtũ deuorandum est. puluis flegma putridũ crudũ in
senioribus absumens. virtutum mineram atꝗ̃ vires cor-
poris precipuas ⁊ stomachi corroborans. calidos natu-
ra non ledens. recipit margaritaꝝ auri. cubebaꝝ. musci. ci
peri. spice nardi. ozimi. liquiritie aã. croci paruꝫ zucari ad
pondus omniũ. Nihil postremo ad earum humiditatum
euacuationem accõmodatius agarico putant; precipue

vbi opus fuerit. flegma enim ꝛ melancoliã contenta in cerebro ꝛ pectore educit. Prestat preterea cerebrũ seniorꝫ tueri ne reumatizans cattarros branchos ꝛ corizas adducat, q̄ oĩa in valde senibus auctore Hypocrate nõ maturant̄ cui ꝓposito salutare remediũ est rebus quibusdaꝫ vti odore suo cerebro peculiaribus: tũ etiã positiõe pulueris gariofiloꝝ aut laudani siue macis super cõmisura coronali. illinimento capitis cum oleo de beẽ. cuꝫ aromatis hyberno p̄cipue tp̄e, estiuo v̄o aquam roseã imisso in ea mace tuso laudatissimã predicant.

¶ De cura Rugaꝝ defedatiõis forme ꝛ decolorationis senioꝝ ꝯuersiõisq̄ eoꝝ ad pallorẽ ꝛ liuorem. Ca. xlv.

r Ugas ꝛ canos sicuti in antehabitis determinatum est nõ min⁹ q̄ꝫ senectutis aduentũ cohibere impossibile est: hoĩe p̄ oẽs etatis gradus vsq̄ꝫ ad mortẽ decurrẽte. p̄nt tñ vtcũq̄ꝫ retardari etsi difficult̄. difficultatis auteꝫ cãm assignant precipue quia hec accidentia eueniunt ob errorẽ virtutis digestiue tertie quẽ corrigere difficile est. eo q̄ ipsa virtus digestiua tertia in membris est sita plurimũ apparentibus in quibus non est basis nec robur nature. sunt nanq̄ꝫ membra illa vilia respectu principalium, ꝛ hec est causa propter quam error digestionis secũde corrigi non potest per digestiõem tertiã sicuti error prime vtcũq̄ꝫ per secundam emandatur. Hinc quoq̄ꝫ euenit difficultas corrigendi dispositiones et accidentia ex virtute digestiua tertia errãte euenientia: cuiusmodi sunt hec quorum cure insistimus. Ad retardanda itaq̄ꝫ accidentia hec preter necessariam adequationem rerum sex non naturaliũ (obseruata etiã consuetudine) precipue ꝓ viribus vacandũ est vt fiant oĩa cum quantitate digestiõis. est enim hec radix intentionis huius vt tradit Auicenna. nam ex

coꝛrupta digestione sanguis generat̃ coꝛruptus ⁊ exinde
humoꝛes fiunt nõ puri.pꝛecipueq; intendendũ est in recti
ficando virtutẽ digestiuã ingenijs quibusdã que tñ rarissi
ma sunt.longe tñ plura quibus erroꝛi virtutis digestiue se
cunde.plurima v̂o quibus erroꝛi digestiue pꝛime.ea autẽ
sunt nõnulla corũ ꝓpꝛietate vim digestionis tertie repan
tia:sicuti ex appositis extrinsecus impꝛimis est vnguentũ
ex succo tapsie.⁊ celidonie. calamẽti.apij. radicis lapacij
acuti. Pꝛecipue tñ atq; vnice assiduo esu carniũ viperaꝝ
pꝛeparataꝝ eo mõ quo suo dicet̃ loco.eis quoq; tardant̃
ruge imo ⁊ auferunt̃.nam cum cutis coꝛrugata his egeat
que ipsam inouent depurando cum ruboꝛe ⁊ splendoꝛe vt
quoad fieri potest cutis antiquetur.i. ad pꝛistinũ modum
vt ad iuuente venustatem reducatur. Id pꝛopꝛie fieri ha-
bet his medijs que cutem ipsam extendant ⁊ sanguinẽ de
purent.detegitur v̂o cutis ⁊ extenditur quando ab ea q̃d
moꝛtuum est amouetur tenui extensione cutisq; molli abs-
tersione subtiliatur.quod aptissime fit esu frequentioꝛi car
nium viperaꝝ.ea siquidem cutis repata excoꝛiatur ⁊ ino
uatur mira quadam(vt aiunt)virtute ad cutem vsq; coꝛ-
poꝛis perueniente expellens inde superuacua que sunt in
coꝛpoꝛe. Pꝛopter quod experimento cõpꝛobatur ab eis
qui vescunt̃ viperis in quoꝝ coꝛpoꝛibus sunt humoꝛes vi
tiati exire superuacua quedã squãmis similia ab humoꝛibꝰ
illis decisa:quod totũ euenit mira earum carniũ pꝛopꝛieta
te qua humoꝛibus adherent ⁊ ad cutem vsq; eos addu-
cunt.pꝛecipue quod ex eis crassum est ⁊ terreũ.scabiem ⁊
egritudines alias natum inducere.quibꝰ cutis eleuat̃. tu-
mescit inficiturq;. Fert̃ quoq; ethiopes quosdã q athon
montem incolunt quia viginis carnibus alant̃ nec capiti
nec vestibus eoꝝ noxia coꝛpoꝛi inesse animalia.quarũ car
nium pꝛeparandi modũ laudatioꝛẽ suo ponemus loco in

sequentibus. Neq; preterire fas est quod magna auctorum asseueratione laudatum est, ferunt nanq; aurũ ad vite humane longiora spacia proficere vt paulo inferius dicetur. Preter hec autem que cutim corrugatam reparãt cũ innouatione est spiritus et sanguinem mouere partes cutaneas versus, nam id mundificationem et ruborem et oio si malachrum speciei et venustatis iuuenilis adducit. faciũt autem id quecunq; cutem abstergunt leui abstersione eaz attenuantia vt quod in ea fedum et mortuũ existit detegatur tenui detectione. Sunt enim plurima eorũ que sanguinem mouent ad exteriora huic proposito inseruientia si obseruetur cutis a calore, frigore, vento, et hmői. et sunt talia quecunq; tenuiorem dant sanguinẽ, de quorum summa sunt cicera, oua sorbilia,, recentia, aqua carnis, vinũq; odoriferum et ficus ipse generãt sanguinem subtilem expulsum ad cutem, et propter hoc faciũt pediculos sicuti Auic. prodit Refert Plinius ficus senibus meliorem valitudinẽ facere minusq; rugarum, propellunt siqdem nutrimentũ ad cutem, valentq; vnice in aptione viarum nutrimenti si ieiuno stomaco edantur et proprie cum nuce et amigdala. Decoctionem siliter ex ficis et dactilis imperfecte maturis sepenumero epotam calidam in aurora vt iuuantem ad idem laudarũt, nec minus caprinũ lac ad quattuor vsq; vncias adiectis duabus vini odoriferi albi eadem hora diebus continuatis, addunt enim duo hec in sanguinẽ tenuiorẽ et caliditatem inatam. Esum consimiliter amigdale non edilis seu amare cui peculiare est opilationes in extremitatibus venarum accidentes aperire, eius quoq; oleũ efficatius ad oia hec Plinius tradit, nam cutem erugat nitorẽq; commẽdat. Sunt preterea et ad idẽ excogitata remedia quecũq; sanguinẽ mouent ad cutim cũ dilatatione et sparsione veluti piper, cipus, gariofilus, et crocus, licz sanguinem tingat et

proprie in vino cocto. ꝛ acorus colorem bonum prestat. Necq̄ in vniuerso resumptiuo regimine pretermitti volũt esum laudatorum alimentorũ. afferunt enim auxilium non mediocre ad simulachra iuuentutis in senioribꝰ adducenda: imo ꝛ ad coloris plumbei rectificationē laudat Auic. esum granatorum. d. cicerum. vini odoriferi vitelli oui sorbilis. iurulente potionis carnis galline. perdicis turturis saginatarum. ꝛ omnino esum eorũ que calorem cordis in sua cōseruant temperie ne suos egrediatur terminos. quo modo ꝛ sanitas conseruatur vitaq̄ ꝛ senectus extenduntur. Laudarunt precipue quattuor hec cunctis efficatiora: quorũ duo excalfaciunt senectutem caliditate illi etati accōmodata: vinum videlicet aromaticum. cuius vires in resumenda senectute suo posite sunt loco. cinamomũ similiter: precipue nō antiquum. i. annum citra tertiũ. est nāq̄ excalfactiuum. nutritiuũ. leticiam adducēs. a putrefactione preseruatiuũ. calorisq̄ naturalis excitatiuum. Sunt ꝛ duo ad idem humectantia calidum cordis inatum in sua custodientes temperie. oua videlicet sorbilia recentia laudatorum animaliũ cum zucaro. alterum vero est iurulēta potio iuuenis pulle gallinacee. aut aqua carnis que consimiliter fere operantur calefaciendo ꝛ humectando cũ equalitate. His quoq̄ addi iubent lac muliebre humanũ quod cunq̄ ceu maxime alibile. Postremo vero aiũt cuncta alia ad idem excellere solem potabilem cuius notio quinquagesimotertio capite inquirenda est. Preparare insuper senem ad sudorem preceptum est: ita vt eius cutis detergatur et a superuacuis depuretur: deinde alimentis laudatioribus eos nutrire sicq̄ dispositionem iuuente similem eisdem acquiri. Apponuntur quoq̄ ꝛ localia quedā que adiutoria topica cassius felix appellat cuti apposita: virtute quorum rugis imperant: sicuti peritiores laudarunt hu

morem capitum egredientium ex arbore dirdar id est vl-
mi. abstergit enim vt fertur seniorum faciem. Lilium albū
hortense ꝛ proprie radicem eius faciem mundare eluen-
do tersam efficiendo ꝛ contractionem eius retinendo au-
ctor est Auicenna. Oleum sisaminum filio Serapionis au
ctore extendit rugas cutis ꝛ eam mollit. Amara amigda-
la tusa faciei circumplasmata applanat eius contractionē
vt est apud Auicen. veri modo simile est eiusdē oleum ea
rundem virium esse. scribit enim Plinius oleum amigda
linum purgare, mollire corpora, cutem erugare, nitores
cōmendare, varos id est lenticulas in facie apparentes:
plus tñ feminis cum melle a facie tollere vt ait Celsus. le-
onis adipem cum rosaceo cutem in facie custodire a vitijs
candoremq; seruare. Oleū tartari rugas delere inter mu-
lieres ꝯuenit. Radicē fessere ex qua fiunt trocisci ad faciē
clarificandam. ꝛ succum radicis dragontee, aquam radi-
cum leuistici. ꝛ aquam hordei ꝛ florum fabarum. Cutem
preterea in facie erugari ꝛ tenerescere eiusq; candorē cu
stodiri lacte asinino putant vt scribit Plinius. aiunt enī
Popeam Domitij Neronis coniugem quingentas per
omnia secū fetas asinas trahentem balnearum etiā solio
totum corpus illo lacte macerabat extendi quoq; cutim
credens. Talum candidi iuuenci quadraginta diebus no
ctibusq; donec resoluatur in liquorem decoctum ꝛ illitum
linteolo, candorē cutisq; erugationem prestare. Ex fama-
teuticon. i. ex permixtis siue ꝯpositis laudatū est antidotū
qđ recipit aque casei ꝛ vini partes equales q̄ ꝑcoquanť
in cortice granati ad medias vsq; partes eoq; faciem illi-
tā erugari aiūt. Diascorides antidotū cutē a vitijs deter-
gēs ꝛ rugas delēs ex oleo amigdalaꝝ nō ediliū ꝛ radice
lilij minutissime tusi cribratiq; oleo rosaceo atq; cera adie
cꝫ vnguētū ꝯfice. qdā adijciūt eisđ mel ac radicē yreos. q̄

116

⁊ eo mō rugas extendūt. Radicē cucumeris agrestis sic-
cā. tusam. cribratā. aq̄ infusam ex q̄ facies eluat̄. Glutē pi-
sciū dissolutū in aqua ex qua facies diluat̄. Litergiriū de
albatū cū oleo hyrino. vnguentū de litargirio rugis pecu-
liariter medet̄ qd̄ recipit litargiriū dealbatū qd̄ prius ruf
fum fuerit cū pinguedine asini succo radicis cāne ⁊ oleo
phisticino aut de semine lini adiecto. Clarificare faciem
eamq̄ȝ mundare epitbima ex amilo dragaganto cū lacte
die tota illita facie Auicenna auctor est. Accidunt ⁊ ruge
senioribus iam factis plerūq̄ȝ in oculis precipue in cornea
tunica quibus salutare remedium produnt frequentiorez
oculi fomentatiōem cū aqua decoctiōe bordei. rosarū. vio
larū. nenufaris. ⁊ similium. assiduam etiam instillationē la-
ctis muliebris in oculum.

¶ De retardantibus Canitiē. Ca. xlvi.

Canitiem consimiliter cohibendam iussere regimine in primis decenti rerū sex nō naturaliū. deinde eorū que ad capillos perueniūt. intentionemq̄ȝ primam adim-
pleri vsu eorū q̄bus flegma aquosum. putridū. supuacuū.
frequētius euacuant. absumūt aut prohibent. ⁊ ꝓprie cū
vomitu sup cibū sicuti Auic. tradit. ⁊ cū clisteribus ⁊ qui-
ete euacuantiū. deinde interpollādo cū reiteratiōe eorūdē
tū etiā cū exhibitiōe alimētorū laudati chimi cū equalitate
ex genere eorū que sanguinem dant laudatū ⁊ spissum ve-
luti sunt frixa ⁊ ea que in patellis preparant̄. ⁊ quecunq̄ȝ
coopta coquunt̄ sine aqua. ⁊ assata absq̄ȝ iure. fieri āt oia
h cū quātitate digestiōis p̄ceptū est. qm̄ hanc esse hui⁹ dis
positiōis cure radicem affirmant. nā digestiōis corruptio
sanguinem alterat in putredinem. condita ⁊ species mate
riam flegmatis abscindentia tardare canitiē atq̄ȝ adolescē
tiam conseruare confessum est. sicuti tiriacam ⁊ mitridatū
de quibus suo dicetur loco. Quorū vsum eē anno integro

expectandūq; post eaꝝ assumptionē ad meridiem vsq;. deinde vescendū iubent. precipue tñ masticatōem frequētiorem mirobalanoꝝ kebuloꝝ mirū in modū canitiei resistere asseuerāt. Qꝺ si senis natura humida fuerit valde eisdem calida administrari: sicut sinapim. piper. aromata. almuri. ꝛ siclam cū sinapi. moderatūq; vsuz vini puri cuius parū epotent senes. Precessit aūt iam sermo eoꝝ quoꝝ vsus canitiem facit cap. v. cū quibus addendū est flobotomiā plurimā. euulsionem capilloꝝ. ebrietatem. inordinatū ꝯcubitū. eorundē tactū cū eis q̄ sunt sicuti camphora ꝛ aqua rosea oleū sambacinū ꝛ multitudinē vsus aque dulcis plurie ħ vt noxia repelli debere. Apposita v̊o extrinsecus capillos corroborātia canitiēq; cohibētia in hūc modū administrāda sunt vt primo abluanẗ capilli nō tñ cū aqua dulci plurimo vsu. qꝺ si ꝯtingit protinus exsiccenẗ. sed capillorūz ablutio cū lauacris appropriatis eoꝝ virtutē ꝯseruat ex simplicibus iam laudarunt in lauacris pulpā colloquintide. nigelā. baurac. ꝛ fel tauri. Illimenta v̊o ad idem accōmodata sunt olea calida vires reparantia vt Auic. tradit ꝛ illis similia in natura sunt nām capilloꝝ custodientia super calorem innatū. ꝛ qñ nō rigatur. qꝺ penetrat in eis de nutrimento ꝛ ea sunt sicuti alchitrā. ꝛ pix humida currēs tenuis. oleū de costo efficax est oleū de beē. oleum de nigella. oleum de sinapi. Fertur q̊z q̄ cortex porri decoctus illitusq; canos inficit. Oleū onfatiū. i. ex oliuis nō maturis aut siluestribus canis eo crebro illitis. oleū liliaceum. Ex oleo q̊z sambacino decocto in pomo collоq̄ntide a semine ꝛ carnibus prius euacuato pasta tñ inuoluto. sup prunas tribus aut quattuor ebulitiōibus cocto ꝯficitur epithima qꝺ illitos capillos canos inficit. cohibetq; canitiei celeritatem. si tñ obseruet̃ vt prius diluanẗ capilli lauacro decoctōis fustiū. caulīū. ꝛ aluminis. addūt pleriq; huic antido-

to grana cataputie tusa ꝛ mūda. Alij in vsū vertere aquā gallaꝝ cū decoctōne saluie ꝛ betonice ex ea capillos sepe numero abluēdo. Lotis capillis aqua in qua dissolutū sit alumen plūme ꝛ alumen tinctoꝝ desiccatisq́ illiniēdi sunt succo nucū viridiū neq́ prohibere exsiccationem illius in eis preceptū est, acgrunt enim nigredinem etiā si cani sunt Nec pretermitti volunt bonis odoribus senis canos suffiendos esse: eis precipue q̄ cerebri ꝛ instroꝝ sensuū opilationes aperiunt, hoc enim mō vires principaliū mēbroꝝ reparari, humiditates cutaneas qbus cani fiunt ꝛ ruge absumi, eisdemq́ faciem splendidiorē effici ꝛ ita canos ꝛ rugas tardari, auxiliariq́ plurimū huic intentōi lauacrū temperatum si eo cutis a sordibus aggregatis abstergat̄ pori aperiunt̄ per quos fit supuacuoꝝ humoꝝ expulsio.

¶ De rebus tardantibus caluitiū. Ca. xlvij.

Caluitij curatio difficilis est vt Auic. scribit: illius precipue q̄ ex via nature est veluti senioꝝ: imo quibus etate caput nudat̄ succurri nullo modo posse Celsus auctor est, q̄uis possibile sit minitanti capilloꝝ fluxui resistere anteq̄ incipiat aut eundem incohoatū tardare. Aduentui itaq́ eius aduersandū est rebus capillos conseruantibus succurrentibusq́ capillis cadentibus: sicuti ex simplicibus sunt myrtus ꝛ eius grana, laudanū, emblici, ꝛ mirobalani kebuli, mirra, aloes, capillꝰ veneris, ꝛ galle pp earum stipticitatē. Ex famateuticon. i. pmixtis siue ꝯpositis vo laudata est cōpositio granoꝝ myrti gallarū emblicoꝝ añ ꝯcoctis bis in oleo rosaceo aut myrtino, ꝛ id qđ recipit vini stiptici lib. i. ꝛ semis laudani. vn. i. corticū pini adustoꝝ vn. ij. capilloꝝ veneris adustorum vn. iij. adipis vrsini que melior est adipe anseris libram. i. succi solatri vn. iiij. decoquat̄ laudanū in vino cocto donec inspisset̄ ꝛ sup ipz ꝓijciant̄ medicine misceto, reponitoq́. eiꝰ vsus ē vt aliqd

eius dissoluat in oleo nardino et illiniat. qa tn̄ caluitiū seni oribus accn̄s siccitate cōplexiōis et paucitate sanguinis eorum euenit regimie resūptiuo digeri pceptū ē sic delitiis foueri bis q̄ alimēti sunt laudati nutriri: q̄rum sermo iā pcessit. sic sūt pinguia decliuia ad caliditatē tenuē. salsa vo atq; acetosa q̄q;. et pōtica. ceu noxia repellere venereorum vsū. vini antiq sarcocole euitare. potus nāq; eius frequēs caluitiū adducit et pprie senibus vt Auic. pdit. laudarunt tn̄ ceu salutarē frequētiorē balneatōez in aqs dulcibus neq; approximari capiti ea q̄ sēt sic sapo nitrū vsnee. sz farinā fabarum semina melonis cretā psiliū admitti. cinere q̄z genitalis asini spissari capillū. et e canitie vindicari si rasis capillis illinat vt Pliū. scribit. vrsinū adipē raritatē supciliorum emēdare cū ladano nec minus fungis lucernarum ac fuligine q̄ ē i rostris carū. nasturtiū capillos cadētes retinē e potū et illitū Auic. scribit.

¶De rebus Sanguinem purgantibus regimini resumptiuo idoneis. Ca. xlviij.

e Gent seniores bis q̄ sanguinē mundificāt q pculdubio nō paucus mō in eis est verūetiā infectus serose humiditatis atq; fecalis cōmixtione. Depurāt aūt sanguinē ex simplicibus margarite. succus fūmiterre crudi facta residētia. cāphora decētiori mō administrata mirobalani et pprie kebuli et trifera minor vt auctor ē Auic. et sanguinē lauātia sic sunt medicine. leniētes sic cassia fistule. tamarindi. viole. pruna. reubarbari infusio. serū caprinum. borago vtraq;. et lupuli. et medicine purgātes humorē peccantez.

¶Sermo de his q̄ spūs reparant. Ca. xlix.

Ebet gerentocomus pro viribus incūbere spūum regnationi et repatōi cū cor et spūs auctore Auic. vite sint pncipia. Cōplet vo hec intentio vsu eorum q̄ spūs reficiūt. sicuti ex multis vinū album tenue aromaticū salutare produnt. nec minus oua sorbilia trementia recentiaq;

⁊ proprie vitellus. Aquã carnis, cerebella laudatoꝝ aïa-
lium ⁊ ꝓprie volatiliũ. efficatiora tñ sunt elisiar. ⁊ sol pota
bilis. de qbus suis dicet̃ locis. Utilia q̃ȝ sunt ea que spũs
splendore quodã illustrãt: sicuti sunt margarite. idonea ẽt
sunt ea q̃ eosdem disgregatos ꝯgregant resolutõnem eoꝝ
prohibentia: sicuti sunt karabe ⁊ emblici. Optima q̃ȝ adiu
toria sunt ea q̃ spirituũ cõplexionem lapsam corrigunt qui
quidem lapsus si fuerit ad frigidam cum calidis erit emen
dandus sicuti sunt melissã, doronici, muscus, ambra. Si
v͠o ad calidũ cũ frigidis corrigendus veluti sunt rosa ace
tosa camphora. Sunt ⁊ pleraqȝ alia regenerationi spũum
⁊ repationi conducentia q̃ proprietate quadã peculiari id
efficiũt sicuti sunt hyacintus, smaragdus ⁊ hmõi. Sunt ⁊
quedã id operantia sepando a suba spũum ea q̃ eisdem ad
uersant̃ sicuti est buglossa q̃ melancolicos vapores siue fu
mos a spiritibus ⁊ atrã bilem a sanguine ꝓprietate sua se-
parãt. Sunt ⁊ ea q̃ sanguinem clarificãt ⁊ purgando illu-
strant ceu ex multis, capillum veneris, lupulum, ⁊ succum
fũmiterre affirmant. Sunt ⁊ quedam q̃ moderato ⁊ suaui
motu senectuti ꝓportionato exercẽt spũs veluti cogitatio
nes iocunde, reꝝ optataꝝ aspectus, ⁊ auditus, cantus, so-
niqȝ armonici ⁊ ꝯsilia. Quedã q̃ȝ sunt q̃ robur prestant ⁊
custodiunt innatũ spirituũ calorem veluti sunt aromatica
quedã tenuioris sube spũs ꝯformis veluti muscus, ambra
crocus ⁊ hmõi. Sunt ⁊ alia q̃ spũs a qualitate venenosa
ꝓtegunt ⁊ ab alijs eisdem aduersantibus occulta eius ꝓ-
prietate siue manifesta sicuti ex multis laudarũt zedoariã
lapidẽ bezoar ⁊ tiriacã. Ad spũum q̃ȝ custodiã ⁊ reparatio
neȝ ⁊ oĩo virtutis regitiue totius apposita nõnulla extrin-
secus ꝯducer̃ inter auctores ꝯsueuit: queãdmodũ sunt em
plastra, illimenta, epithimata, sacellatões reꝝ stipticaꝝ io-
cundi odoris resistentia resolutioni caloris cordis. Inter

tot aũt salutaria auxilia neqȝ preterire fas est in regimine resumptiuo illinire spinam dorsi ad virtutis custodiam in magnis laudibus habitũ est. eo eniȝ parens natura virtutem totius regitiuã ꝓprie reparat. estqȝ cã ꝓtectiõis imo longitudinis humane vite ⁊ tutela spiritus vitalis. occurrit ad hoc absqȝ dilatiõe oleũ camomellinũ terbentina adiecta ad ꝑtes equales. Refert Conciliator illimẽti spine dorsi antiquos ⁊ ꝑitos traditõnem ⁊ memoriã laudemqȝ tãti beneficij occultasse cũ eiꝰ vestigiũ in eoꝝ tractatibus sit abscisum. ⁊ est de elegantioribus iuuamẽtis vite subiectũ ꝯseruãs. nã principiũ ossiũ ⁊ neruoꝝ existit e nuca genita a cerebro ⁊ spina que est platea publica arteriaꝝ neruoꝝ spirituũ ⁊ virtutũ ⁊ lectus spũaliũ mẽbroꝝ. cõtinetqȝ medullã vere humiditatis. sic eteniȝ plurima aggregãtur vtilia. reparaꝰ siqnidẽ sub͠a velatiua ⁊ spiritalis. prestaꝰqȝ iuuamentũ manifestum neruis aduerse valentibus. saltui cordis tremori ⁊ lassitudini. Frequentẽ frictionem supra spinã ex oleo amigdalaꝝ esse tutelã incuruatiõis que accidit senibus Judeus experientia ductus auctor est.

¶ De virtutibus carnis vipere ⁊ de mõ preparandi eam. Ca. l.

b Ec peculiarem virtutẽ hȝ in corroborãdo virtutem digestiuã tertiã q̃ in mẽbris ꝑficiꝰ. eiusqȝ esum extendere vitã. custodire sensus. ⁊ iuuentã virtutẽqȝ reparare Auic. ꝓdit. Deniqȝ qꝺ maxime mirũ videri põt senectuti etiã hec caro sepe ꝓsidio est. Modus aũt quo id efficiat suo positus est loco in antehabitis. Cũ itaqȝ via alimonie quidã viꝑis vtanꝰ sic nũcupatꝫ qa intrinseca vi pariãt: eo ꝙ catuli in vtero viꝑe nõ expectãtes ꝯpletã nãe solutiõeȝ corrosis lateribus matris vi erũpunt. eligi docent viꝑas in fine verni tꝑis incohoãte estate. qꝺ si fuerit ver hyemale repellende quoad peruenerit principiũ estus montanas

nõ aqueis aut infusis reptas colore
ex eis in locis siccis nõ aqueis aut infusis reptas colore
flauas. ꝛ ꝓprie vẽtre albo dorso vero nigro. nã albe ex eis
imbecillis sunt virtutis. nigre vero vehementioris. feminas
masculis laudatiores affirmãt quia virtutis nõ exuberan-
tis. dinosci aũt eaꝝ sexuz pluralitate dentiũ in oĩ latere in
mulieribus repertoꝝ vbi in masculis vnus tm̃. placidas
earũ feris meliores: quaꝝ habitudo sit capite plano. lato
ꝓprie apud ꝓpinquitatẽ colli minuti. tenuis valde. vẽtre
stricto. solido. cauda arcta siue curta. incessus sit eleuato
capite. motu veloci. cum strepitu magno. aspectu audaci.
quẽ ꝓsumptuosum appellant. quarũq3 secũ egressio ex po
stremo caude eaꝝ fiat. Haꝝ itaq3 sic electaꝝ mortẽ nõ dif
ferendã plurimũ postq3 capte sunt iussere. Modus aũt in
terficiendi est vt simul abscindant caput ꝛ cauda ex trans
uerso ſm longitudinẽ digitoꝝ quattuor i vtroq3 extremo
Qꝫ si post illoꝝ abscisiõem vipera diu viuat ꝛ moueatur
multa cum agitatione plurimaq3 cum sanguinis effusione
eam proprie electam aiunt. Euiscerãda est per medium
ſm longũ. perfecte mundificanda. ꝛ proprie cũ extractõe
fellis. deinde excorianda. abluendaq3 aqua ꝛ sale aut vi-
no. atq3 in os eius occise statim sal addi debere donec li-
quescat humor Plinius ꝓdit. mensura vtriq3 precisa ex-
emptisq3 interaneis discoqui in aqua aut oleo sale aneto
ꝛ oĩbus aut statim vescunt aut a pane colligunt vt sepius
vtant. Ius preter supradicta pediculos e toto corpe ex-
pellit. Alij eas discoqui iubent in pte vna aque duab9 vero
vini ad carniũ eaꝝ vsq3 ab ossibus dissolutiõez. In vsu tñ
senioꝝ delicatioꝝ eaꝝ potio iurulẽta aromatis ꝯdita car-
nibus abiectꝭ laudatior phibet. Scribit Jude9 in coctiõe
tyriaꝝ: caue ne sub olla ponant nisi igniti carbones ꝛ i ho
ra dissolutiõis ossiũ a carnib9 sal apponat nouũ et anetũ
viride nõ siccũ. Est ꝛ alter ꝑparandi modus: carnes vipe

in furno non plurime caliditatis ponito pane prius extra
cto sicqz eas exsiccato ea tñ forma vt in puluerē ꝯteri pos
sint quem electuarijs siue antidotis alijs regimini resum-
ptiuo ꝯducentibus adiectū senioribus dato.prestātior tñ
eaꝝ vsus est si ex vipinis carnib⁹ ita preparatis nutriant
galline.cappones.siue pulli.vl'saltē ex frumēto ⁊ hordeo
aut alijs granis in eaꝝ decoctiōe decoctis quaꝝ decocti
onem etiā epotarēt tanto tpe quo deplumari inciperent.
hisqz auib⁹ sic enutritis vesci senes per interualla ꝯuenit.
nam inter cetera salutaria iuuamēta sanitatē etiā oculi cō
seruare vltime ait Auicenna.

¶ De virtutibus aque carnis ⁊ de modo ipsam efficiendi. Ca.li.

v Elox fit virtutis refectio q̄tumcūqz imbecillis vsu
aque carnis cū mira etiā virtutū trium principaliuȝ
reparatiōe.⁊ oio eā rē vltimā i remouēdo cordis ibecilli-
tatē sicuti ⁊ oua sorbilia ꝓdūt.estqz de laudatiorib⁹ rebus
decrepitis iāiam extinctiōis caloris innati atqz mortis ia-
nuā pulsantibus plurimū ꝯducentibus. Modus eā faci-
endi talis est carnem laudati aīalis in resumptiua senioꝝ
sicuti lactantis eduli aut bidentis ouis aut iuuenis arietꝭ
deligito vbi refectiōi imbecilliū spūuȝ dūtaxat fit intentio.
defectis vo senibus crassitie.turbulentia. ⁊ paucitate spi-
rituū eāqz ex leuiorib⁹ sic volatilib⁹ aīalibus quā frustra-
tim cedito decoqtoqz q̄ad resudādo succus ab ea emanet
neqz in hac ꝯpositōe omittas mixtionē aromatū principa
tui mēbroꝝ opem ferentiū:sicuti cinamomi. gariofili. ma-
cis.margariteqz.folioꝝ auri.coralloꝝ.siue p sublimatiōeȝ
conficetur aut quo libeat alio modo.

De virtutibus sanguinis hūani sublimati.⁊ de modo sublimandi eum. Ca.lij.

i Nter efficacissima senectutis auxilia Sanguinem

etiã humanũ sublimatũ quem elisir vocant in magnis lau dibus habuere; ita vt plerics in spiritu ũ gñatiõe ob simili tudinẽ quandã humane nãe quecunqz alia excellere puta rint: ita vt in tota rex nã nondũ ꝯperierint rem illi similez precipue si sanguis hois fuerit iuuenis nãe sanguinee aut sani simpliciter siue vt multum laudatioribus alimẽtis in aere bono regimine ꝯueniẽti vsi. Modus aũt eũ sublimã di talis est: clibanũ seu fornellũ parato in cuius medio ka cabũ eneã aqua plenã ponito ad cuius aque caliditatem sanguinez qui in lateribus fornelli ꝯtentus erit sublimato prius tñ vase sanguinem continente elambico aut capello calicibus coopito. ignẽ ꝯtinuo sub dicta kacabo ꝯseruato sicqz vehementi illius virtute p sublimatiõez aquã primã albã mirũ in modũ ꝯuenientẽ (vt aiũt) corpibus ⁊ passio nibus colericis extrahito. postea vo aquã secũdã aliqua liter coloratã colligito prima efficaciorẽ flegmatis passio nibus ⁊ corpibus flegmaticis vtilem vt ferũt. Quas oẽs in vase vitreo pfecte velato recõdito. Aiũt q si fm exigẽ tiã hic sanguis sublimet eius opatio ineternũ nõ corrũpit pcipue si eax aquax quelibz in vasib⁹ diuersis seorsuz re seruet. ⁊ iã vsi st plerics hispanox suillo sanguie. sue alimẽ tis laudatis enutrito pcipue q in aere bono. hoc sicuti pe culiare ⁊ secretũ nemini cõicare volentes.

¶ De virtutibus auri potabilis: deqz mõ parandi illud. Ca. liij.

n On est satis mirari curã diligentiãqz priscox q oia scrutati nihil qd saluti hũane ꝯducat intentatũ reli quere. Aurũ eniz cuius vt exptũ est rex vni nihil igne de perit ad vite lõgiora spatia mirũ in modũ ei⁹ vsu ceu ma xime singulare ⁊ vere vnicũ nature humane solamen pro ficere inuenerunt. Habet nanqz aurum sicuti ⁊ post ipsum argentũ sui ꝓprietate peculiare iuuamentũ ad ꝯplexiõem

humanã iuuandã ꝯsolandãq̃ȝ. cuius cã cardiaci etiã passioni ꝛ melãcolie q̃ facit tristẽ ꝛ p̃cipue q̃ facit hoiem apud seip̃m loqui ꝛ malicie animi ꝛ oio timidis ꝛ pusillanimis valitudinẽ bonã atq̃ȝ audaciã ꝯfricatũ siue ꝯtritũ prestare inter auctores ꝯuenit. vnde aurũ sic dici voluere qa mentes hoim auertat vt Festus auctor est. Ad cuius vsum in regimine resumptiuo ita iussere in decoctioib⁹ qbus cõdimẽta ꝛ fercula senioꝝ paranẽ virgã auri crebro cõfricato quoad rubori cuidã attineat, est quippe aurũ illud tenue ꝛ equale cuius etiã limaturã medicinas ingredi melancoliã emendantes. ipsumq̃ȝ ore retentũ fetorẽ oris remoueẽ affirmãt. Refert Judeus colliriũ factũ ex auro corroborare visum conditurãq̃ȝ factã in vase aureo vel aurũ ip̃m eidem ꝯmixtũ oio corpus corroborare. Qꝺ si ea q̃ scribunẽ vera sint vehementius ad hec oia operabiẽ aqua solis. i. aurũ potabile. ascribunt enim alchimiste aurũ soli ip̃m dignificare volentes sicuti ꝛ vnicuiq̃ȝ metallo planetã vnice appropriãt eoꝝq̃ȝ sciam velantes platonicoꝝ more metaphoris vti gaudẽt. valȝ ãt ꝛ ad alopetias ꝛ tyrias. cutẽ corporis abstergendo purgat a sordibus ꝛ oio senioribus ꝛ defectis meliorem valitudinẽ facit. minusq̃ȝ rugaꝝ eius in hac opatione virtutẽ inter suprema nãe mirabilia ꝯnumerandã esse putant siqdeȝ in eo vt aiũt quattuor nõ corrumpunẽ elementa. estq̃ȝ hũane nãe adeo ꝯforme vt eam neq̃ȝ calefaciat. refrigeret. exsiccet. neq̃ȝ humectet. qnimo tempatã eius nãm equalitate oẽm aliã excedente; ita vt simile equalitati ponderali iudicatũ sit. cui vni nihil in rerũ nã silẽ putaẽ qꝺ vires eius hẽat eius naturã in eadẽ graduali mensura qua ꝛ complexio humana reponitur situari volunt. Juuantius v̾o ad hec omnia dicũt qꝺ natura productũ magis q̃ȝ id quod arte si tñ id arte ꝯflari possit vt peritiores existimauere. Est aũt mirãdus artis modus

aurum ipsum preparare vt sit potui aptũ cuius laudatio-
res precipiũt. Auri optimi vnciā vnā. argenti viui vncias
duas accipito. dimittitoq; quousq; aurũ dissoluaẗ. deinde
in elambico ponito sub quo ignem lentũ accendito. dimit
titoq; quoad exeat argentũ viuũ per orificiũ elambici. de
inde aurũ denigratũ in fundo vasis colligito cōmiscetoq;
libris quattuor aque buglosse ⁊ oīa insimul in elambico
vitreo bene obturato fundito ita vt non respiret ⁊ sub eo
ponatur ignis bene proportionatus diebus ⁊ noctib9 tri
bus ꝯtinuis in fine cuius tpis si ars fuerit nota aquā non
consumptā inuenies. aurũq; ipm liquefactũ quod potabi-
le dicunt. Pōt q̊z dissolui aurũ vt ferũt in aqua clara cuz
armoniaco. deinde poni in instro ⁊ dissoluere sine sale.

¶ De Gēmis resumptioni senectutis conducentibus. Ca. liiij.

Sunt ⁊ ex gēmis pleraq; peculiariẗ resumptiōi sene
ctutis opē ferentia quarũ ꝓprietate senis nā equaẗ.
leticia ⁊ hilaritas aie adducunẗ. sicuti in primis est carbũ
culus quē eo mō se hēe ad alios p̄ciosos lapides sicut au
rũ ad reliqua metalla plus oī alia gēma virtutē habētem
confessum est. Calcedoneũ q̊z lapidē corpis vires cōser-
uare gēmarũ affirmāt. crisolitum spiritualia membra cor-
roborare. Eliotrophiam lapidem viridem smaragdo fere
similē guttis quibusdam respersuz sanguineis cũ aliis ei9
viribus nō vulgaribus hoiez incolumē longeq; vite atq;
melioris fame efficere. Granatũ etiā lapidē q de gñe car-
bũculi existit. cor exhilarare. ⁊ tristiciā fugare. Jacinctum
corpa repare. somnũ adducere. cordi leticiā ⁊ robur p̄sta
re. Margaritas spūs plurimũ illuminare. ꝯsolidare. reficē
Lapidē medũ ꝓprietate sua fessos laxos ibecillesq; refo
uere. Smaragdo inest ꝓprietas virtutē visus reparandi.
roborādiq;. Corallus sui ꝓprietate adiuta illuminatiōi et

abstersioni ⁊ solidatiōe cū stipticitate cor exhilarat ⁊ corroborat. His aūt gēmis auro infixis anulos digitos seniorum induere plurimū prestat.

De Syrupis qbus senes vti ꝯuenit ⁊ in primis de syrupo acetoso. Ca.lv.

s Yrupū acetosum oībus seniorib⁹ in oī tpe atq; in oī habitata regiōe idoneū eē Albuc. auctor est. nāe est equalis in calido ⁊ frigido. sui tenuitate apire. mūdificare attenuare. siniq; excellētia virtutis cōis eē aduersant' humorib⁹. calidis. frigidis. tenuibus crassis. viscosis. siue ad herentibus Mesue ꝓdit. cuius vsum dēre eē cū iuleb ne tussim disinteriāq; ꝯcitet preceptū est. Si cum zucaro fiat oībus sanis ꝯferre cuiuslibet nāe in oī etate. factū vo cum melle tpatum in caliditate ⁊ frigiditate. factū vo cū radicibus caliditati attinere. opilatiōes aperire. humoꝝ viscositates scindere. minus tn̄ sitim extinguere. minorisq; caloris q̄ʒ syrupus acetosus sine radicibus quē simplicem vocant. Cū plurime acetositat' in regimine resumptiuo damnauere. Scribit Judeus syrupoꝝ acetoso vehementis acetositat' in corpib⁹ virtut' ībecillis. hūores inarent. viscositas increscit. frequētioriq; vsu in intestinis plerūq; is disinteriā adducit. pulmoni tussim. membris neruosis nocumentum.

De Syrupo Cidonioꝝ.

h Unc q̄ʒ syrupum qa virtuti stomachi digerenti vtilis est in regimie resumptiuo receperūt p̄cipue senū nature calide ⁊ hūide estiuo tpe aliisq; tpibus estati cōtinuatis. in meridianis regiōib⁹ nāe frigide ponit' in tertio sicce in .ij. sitimq; sedare. Jn exhibitiōe syrupoꝝ horā eligendā esse qua luna ꝯiuncta sit veneri ⁊ ioui in signis aereis ⁊ aqueis preceptū est Albuchasis.

De Syrupo de corticibus Citri.

i N sūma q̄ʒ syrupoꝝ neq; p̄termitti volūt frequētiorē

vsum syrupi de corticibus citri veluti idoneum stomacho nauseanti ꝛ cordi seniōis: precipue nature frigide hyberno tempore ꝛ in regionibus frigidis.

¶De Syrupo radicis zinziberis viridis ꝛ melle ro.co.

I Dem sentiendū est de syrupo radicis zinziberis viridis ꝛ mellis ro.co. ipsum nāq3 esse abstersiuū mundificatiuū ꝛ stomachi roboratiuū auctor est Mesue. Syrupū q̊3 de prassio senioribus vnice idoneū ad absumēda supuacua flegmatica crassa suo visum est loco.

¶De Aceto Squilitico.

S Enem carnosum ꝛ pinguem frequentiori vsu parū aceti sqlitici insumere iusserunt. nā crassitiei humoꝝ sui tenuitate aduersat̄ māsq3 crassas ꝛ viscosas scindendo ad expulsionem faciles parat. interdū etiā easdē educēdo imo ꝛ nōnunq3 colerā nigrā. corp⁹ a putrefactōe p̄seruat. bonā valitudinē facit. stomachū corroborat cui accidit laxitas ꝛ mollificatio. colorem efficit splendidiorē. ꝛ oīo iuuentā est reseruās. senectā retardans. Refert Judeus plures se vidisse quoꝝ vite regimen illaudatius erat: ꝯseruabant̄ tñ icolumes vsu aceti sqlitici. vtile siqdē est egēti plurima subtiliatōe ꝛ īscissiōe supfluitatis crasse atq3 viscose

¶De Electuarijs. Ca. lvi.

P Recipua obseruatio resumptiui regiminis est inniti cordis repatiōi vnicuiq3 virtutū quas regitiuas totius corpis appellant. Gal. nāq3 virtutē totius regitiuam oīum virtutū corpis ꝯgeriem nominauit. Ablatiōi q̊3 lassitudinis eaꝝ virtutū vsu reꝝ aromaticitati attinētiū ꝛ aliarū reꝝ qbus ꝓpriū est ꝯferre rei vite: qbusq3 gaudet natura humana. ꝛ has pitiores cordi vires ꝛ robur p̄stare ꝓdūt ꝓpterea ꝙ cor est fons viteq3 p̄ncipiū. decor aīe. rex nāe. moderator corpis. diuina ꝯceptū sapia. int̄ saluberria

auxilia itaq₃ senectutē reficientia est vires cordis coadu-
nare, reficere ⁊ reperare. nō syrupis mō sed ⁊ electuarijs
⁊ reb⁹ alijs. ¶De electuario Gal'. ad corpis matiē.

e X potissime tñ huic negocio conducētibus electua-
riū quoddā describit Gal'. in libello suo de secretis
qđ ad matiem corpis ⁊ ad dispositōem senectutis vtile ꝓ
dit. est nāq₃ opilationū aperitiuū. calorem inatū reficit. dis
soluitq₃ humores corruptos. ꝯcoctioni optimū adiutoriū
est. inflatiões discutit. flegma a stomacho ⁊ frigoris nocu
menta a iūcturis repellit. vrinā citat ⁊ oio corporis vires
vndequaq₃ repat. Qđ recipit pipis. macro pipis. cinamo-
mi calidi. i. acuti floris sqnanti. spice inde. galange. ameos
cimini. carui. añ. ʒ. ij. masticis. seminis feniculi. anisi. zinzibe
ris sicci. calamenti fluuialis sicci. añ. aureos decem. folij in
di. cipi. croci. assari. cassie lignee. costi dulcis. seminis apij
hortensis. omniū añ. aureos tres. gariofiloꝝ. cardamomi
minoris. cubebaꝝ. nucis muscate. macis. carpobalsami. xi-
lobal sami. piretri foliati asportati. accori. oīum añ. aureos
duos; tusa hec oia ⁊ cribellata cum zucaro ad partem ter
tiam cum melle dispumato ꝟo ad triplū sui ꝯficito vsuiq₃
reseruato. Eius assumptio sit ab aureo vno vsq₃ ad duos
ante ⁊ post cibum.

¶De confectione Philosophoꝝ Auicenne.

e St ⁊ ad hanc intentōnem antidotū Auic. in quinto
canonis ꝯfectio philosophoꝝ appellata: quā mate-
riā vite nuncupat. ad supuacua flegmatis absumenda plu
rimū idonea. necnō ad exhilarandā aiam. ad digestionē re
ficiendā. ad inflationemq₃ stomachi ⁊ ad metus discutien
dos mederi tradit. ⁊ oio esse sicuti viaticum adolescentie
eaq₃ seruationem ⁊ memoriā increscere. rationem bonam
efficere. frigori deniq₃ aduersari. Eius descriptionem ibi-
dem ponit Auic.

¶De electuario ambre ꝛ regum Auic.

e Lectuariū ambre eiusdem generis habitū est ꝛ simi li modo electuariū regum ꝓprietatibus nō vulgari bus insignitum: quā Auic. medicinā anni appellat sumendam anno integro continuo. Eius vsum rectificare suscipientem se ad finem vsqꝫ vite sue precepto dei. cuius frequentiorem vsum vitis corporis mederi. canos cohibere ꝛ oīo eam esse medicinā regum nec abstinendū super eam scribit.

¶De Tripbera Hali rodoā.

b Ali rodoā ad senectutis velocitatē ꝓhibendā id antidotū scripsit qđ tripberā appellat. i. iocundam. seu laudatā. aut victoriā succū siue fructū afferentē. digestioni opitulari. colorē bonū efficere. iuuentutē spacio lōgo ꝯseruare aduersariqꝫ calori ꝛ frigori ꝛ oīo per eam hoīs vitā extendi si ꝯuenientia obseruet. eā appellat medicinā indā.

¶De electuario letificante Rasis ꝛ Alkaph. ꝛ de mirobalanis.

r Asis electuariū letificās inter senectutis remedia salutaria ponit. Attñ qa plurimū exsiccatiuū est cū decoctione aliqua humectante senioribus dari: vel saltem id aliquo humectante rectificari. leticiā adducer. coloris venustatem. digestionē meliorē. canos retardare ferūt. Huic qꝫ intentioni vnice deseruit electuariū alkaph iuuentutē ꝯseruans ꝛ canos retardans. Et electuariū de mirobalanis canitiem retardans Rasis tertio almansoris.

¶De Diamusco ꝛ diambra ꝛ electuario de gemmis Mesue.

m Esue electuariū diamascū. electuariū de gēmis ꝛ diambra q̄ sublimitate sua cerebri ꝛ cordis virtutes reficit stomachum ꝛ oīa mēbra digestionem ꝓcurat. vtentē eo letificat. mēbra nutritiōis excalfacit senibus ꝛ frigidis natura auxiliari Mesue auctor est. His qa spirituū vires

incrementum suscipiunt seniores vti preceptū est.

¶ De Mithridato ꝛ Tiriacha.

n Obilissimū inter cetera habetur mithridatis antidotum quod quotidie sumēdo rex ille aduersus q̄z venenoꝝ pericula tutum corpus suū reddidisse dicit̄. similit̄ ꝛ tiriace quibus nullā alterā medicinā compositam equiperandā esse auctor est Auic̄. precipue ad equandā humanam ꝯplexionem ꝛ magis cordis: cui optimū adiutorium esse nemo peritioꝝ dubitat. Eis siquidem cordi hilaritas cū ablatione tristicie adducitur: venenis ꝛ morbis venenosis iuuamento magno valde medent̄. sanitatem custodiūt cū cautela a pestilentialib⁹ accidentib⁹ ꝛ a prauis humoꝝ motibus. corpus repletū deplent. ꝛ depletū replent. ꝛ oīo cunctis virtutibus robur p̄stando ad vite longiora spacia plurimū ꝯducunt. precipue tū tiriaca. Ideoq̄ senibus nō tpatis modo imo ꝛ his qui frigidiam ꝛ humidam habent nām hyberno tp̄e atq̄ oportuno in regionib⁹ frigidis ꝓut res exigit mirū in modū ꝓficere affirmant. tiriace q̄ātitatem paruā senibus dari Damasceni preceptū est nā ei⁹ caliditate vigilias adducit. ideo cū his q̄ refrigerāt atq̄ humectāt sicuti cū aqua hordei ꝛ hmōi eis vti oportere Albuchasis auctor est. Etsi Iudei ꝯsilium sit auctoritate Gal̄. imbecilles ꝛ senes cū tiriacam assumūt vino nō aūt aqua. completa cibi digestione. ꝛ postq̄ cibus a stomacho egressus erit vti debere. cuius q̄ātitas sit ad modū fabe egyptiace cum duobus vini coclearijs nō tū estate. Inter reliquas tiriace vires insignes vltra id qđ notū est in ea rōne qualitatū primaꝝ. precipue post simplicium miscibilium in ea ꝯpositionem atq̄ fermentatiōem quid diuinū ꝛ ignotū aduenire formā vz suam artificialem de foris aduenientem potius q̄ ab intra cuius gratia cuicunq̄ opponitur veneno inter auctores conuenit.

¶ De Electuario Conciliatoris nobili.

v Bi op⁹ sit virtutē senis celerius repare: electuariū qđ oī cordi passioni ɔducit nobilius tempatius effi caciusqꝫ quouis alio subsequens etas inuenit: eius portiū culā vino creto muscatellino vl' quouis alio meraceo dis solui iubent ꝛ ita insumi. hoc enim mō imbecilliores faci lius vtunť celeriusqꝫ penetrat: nōnunqꝫ tñ admisceri zuca ro rosaceo aut boraginato ad ptes duas aliqñ ad medie tatē virtute nō exñte plurimū defecta. in seniore eni latoꝝ poroꝝ tenuioris spūs si frequētior eēt vsus spūs cogeret exalare. cuius signū esse aiūt ꝙ corpus euodesteꝝ. i. odo riferū facit. risūqꝫ ꝛ aīe exhilaratiōem adducit. fistole atqꝫ diastole partiū faciei crebrioribus vita etiā recedente. est aūt electuariū eupocriston. i. bona inuentio diuino quodā spū a Cōciliatore excogitata in differentia magni sui con cilij. c. xcvi. ¶ De Electuario modernoꝝ.

s Uperiori aūt paulo ante nr̄o seculo antidotū regi mini resumptiuo idoneū ɔpertū est qđ recipit mar garitaꝝ electaꝝ. ʒ. vnaʒ. iacinctoꝝ. smaragdoꝝ. sapbiroꝝ. doronici. coralloꝝ alboꝝ ꝛ rubeoꝝ añ. scrup. i. cinamomi. macis. galange. nucis muscate. añ. drac. §. gariofiloꝝ. pipe ris lōgi. cubebe. ligni aloes. storacis calamite. seminis ba siliconis añ. scrup. §. croci. ʒ. §. musci. ambre añ. grana qnqꝫ corticū citri conditaꝝ drac. mediā. ligritie rase ad bume ctandū. candi. passulaꝝ añ vnc. i. cōserue boraginis ꝛ bu glosse añ. ʒ. iij. succi pomoꝝ dulciū depurati drac. ij. aque rosee vnc. i. zucari albi lib. i. electuariū fiat quod mirabile dicunt.

¶ De Mirobalanis ɔditis. kebulis. ꝛ Belliricis.

v Sum mirobalanorum kebulorum conditorum in magnis laudibus in regimine resumptiuo habuere. nam hoiem iuuenescere faciunt cū meliori colore. halitus

sudorisq3 iocundiori odore cū hilaritate cordis ⁊ aīe epa-
tis ac stomachi reparatione Joannes Mesue auctor est.
visum quoq3 belliricoꝝ ad reficiendos senes cōstantinus.

De Musco.

r Efert Diascorides muscū epotum siue appositum
cor ⁊ interanea omnia membra veluti dans vigorē
omnibus solatium fortitudinis. incrementū reparare. ideo
aiunt grana quattuor ex eo electo epota diebus aliqbus
cum vntijs duabus aque sublimatiōis florum croci imbe-
cilliores senes mirū in modum releuare.

De Zedoaria.

p Uluis zedoarie q̄ȝtitate dracme vnius adiectis vn
tijs duabus vini aromatici ⁊ tantundem aque mel
lis cordi refectionem gaudiū ⁊ robur vt fertur prestat.

De medicina aliquantisper etiā extendente vi tam iamiam morituri decrepiti.

a D extendendam etiā vitam iam decrepiti (vt fieri
potest) priusq3 senex effleat aiam: proprie cū decre-
pitus adeo imbecillis est vt induratis membris anbelitus
balbutiendo loquat: ita vt eum palpitare potius q̄ȝ viuere
dicas legisq3 iam sacramenta suscipiat in promptissimis re
medijs antidotū excogitatū est: qd auctore cōciliatore re
cipit castorei. macis. ⁊ croci tusoꝝ aā. partes equales cum
laudatissimo vino vi etiā ore iamiam morituri senis aper-
to in ipm̄q3 impulso. Poterit siquidem hoc a minitāte im
petu mortis iam in foribus exītis hoīeȝ decrepitū aliq̄ȝ tu
lo tp̄e tueri vitā extendendo. Qd auxilium etsi anceps sit
debet tn̄ gerentocomus pro suo officio eo tunc experiri.
multa eni in p̄cipiti p̄iculo fiunt alias omittenda: ita tn̄ oīa
hec exeq par est vt semper ante finis faciendis est q̄ȝ vita
deficiat. ne vt ait Theodorus Prisciauus parēs natura
querula dicat: Occidit eger ⁊ mihi fragilitas imputat.

¶De morte naturali nec lugenda, metuendaue neq₃ optanda. Ca. lvij.

b Ac igitur gerentocomia directi senes: terminũ vite naturalem qui preteriri nõ potest cõsequent: ⁊ hoc erit reddere debitum nature per q̃d fiet sine tristicia ⁊ oĩo absq₃ vlla violenta passione ꝑcepta aĩe ablatio insensibilis, aĩam enim senilem mollis exoluit sopor vt inq̃t Seneca. Que mors rõnali iudicio nõ lugenda non modo: imo neq₃ metuẽda, neq₃ expetenda est. lʒ virtus ꝯcupiscibilis mortẽ refugiat veluti terribiliũ vltimũ vt est apud Aristot. Lugenda siq̃dem nõ est eo q̄ oĩa que ẜm naturam fiunt auctore Cicerone hñda sunt in bonis. nihil aũt est tã ẜm nãm q̃ʒ senibꝰ emori. ideo moriẽs senior ille Enius dixit: Nemo me lachrymis decoret neq₃ funera fletu Faxit. Metuendam quoq₃ non esse neq₃ exoptandam verisimile est: cũ inter ea que vitã beatiorem faciunt etiã preceptũ sit: q̄ summũ nec metuamus diem neq₃ optemus vt Martialis ait. fieri tñ difficile est quin subinde in celum aspiciẽs mens sibi conscia recti confiteatur mortem hanc exoptandam esse; nequaq̃ʒ v̄o metuendã si eo deducit hoĩem vbi felix futurus sit eternus. q̃d quidem proculdubio efficit: vt orthodoxe credere religio est. hec enim ad eternã gloriam est via: nam ad eam melioribus operibus medijs sequitur cum beatitudine imortalitas. ⁊ hec est ea vita que vnice vita nominanda est: ad quaʒ vtinã aliquando de ea benemeriti perueniamus. Finis.

Impressum Rome per Euchari um Silber alias Franck: Anno domini. M.cccc.lxxxix. die v̄o veneris. xxvij. mẽsis Nouembris.

¶ Registrum.

¶ De senectute
Infirmitates.
¶ Nihil ab
Cerebri non.
¶ Quos auritos
Cessitate nature.
¶ Superextendit
Angustius.
¶ In que
Agrorum fructibus.
¶ Oculi tradit
Calida ꝛc.
¶ Nectusq; tardatur
Obest narrat.
¶ Indeq; euenit
Damnantur.
¶ Humide nature
Romanos.
¶ Cibus esset
Fuerit tremuli.
¶ Duatur caliditati
Senes quorum.
¶ Uel pulticula
Duntaxat.
¶ Prisci medicorum
Siue lac.
¶ Cibus ab his.
Balneum. ꝛc.
¶ Is est medius
Bus congeste.
¶ Tot autem
Humanam iuuandam.

Finis.